



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

Boetii Eponis Frisii De Ivre Sacro - Vel Principorum Iuris Pontificii Libri III.

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

De Ivre Sacro Liber Secvndvs, Qui continet Historiam simul & Artem iuris
Pont. unà cum variis Auctorum, ex quibus omnia & singula tum iuris huius
tum Conciliorum uolumina fuêre depro[m]pta, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61749)

DE IVRE SACRO LIBER SECVNDVS,

Qui continet Historiam simul & Artem iuris Pont. vna cum variis Auctorum, ex quibus omnia & singula tum iuris huius tum Conciliorum volumina fuere depropta, Catalogis; temporum simul ratione nostri nunc iuris auctoribus adiecta.

CAPVT PRIMVM

HISTORIA IVRIS PONTIFICII.



Vebit, nisi fallor, quilibet huius iuris Ecclesiastici seu Pontificij studiosus cognoscere, quænam tandem vel qualésnam fuerint

¹
Traditiones atque cõstitutiones illæ quarum sacra meminit scriptura, quænam sint.

illæ de quibus primo libro diximus tum *παράδοσις*. i. Traditiones, tum *διατάξεις*. i. Constitutiones Apostolicæ quarum D. Paulus ^a Apostolus & D. Lucas ^b Evangelista meminerunt; ad Ecclesiam Christianam regendam pertinentes, & solis Episcopis per Apostolos tradi per Episcopos autem deinceps aliis inferioribus Ecclesiæ ministris hominibus fidelibus & ad cæteros religionem Christianam docendos idoneis cõmunicari solitæ, quemadmodum ex ipsius D. Pauli ^c verbis non obscurè liquet, clariùs per Melchiorem ^d Canum ceterosque nostros illustratis. Ac testatur vniuersa nobis antiquitas Ecclesiastica, Traditiones illas atque Constitutiones illas nihil aliud fuisse quàm partim Canones illos Apostolorum quibus hodierno adhuc die Catholica vitur ac regitur

²
Canones Apostolorum.

gitur semperque vltima ac recta gubernataque; fuit Ecclesia, partim Constitutiones Apostolorum pleniores quas in libros octo redegit D. Clemens Romanus Apostolorum discipulus atque D. Petri comes affilius tandemque successor. vt ita iam inde à temporibus Apostolorum duo fuerint genera librorum de legibus Ecclesiasticis conscriptorum; vnum quod nudos complecteretur Canones tanquam sanctiones quasdam breuissimas, alterum quod plenam de sacramentis & mysteriis & ceremoniis ac ritibus omnibus Christianis deque tota disciplina Ecclesiastica traditionem, præceptionem, & explicationem contineret. quod quidem vtrumque librorum genus paulatim creuit, crescente nimirum (sicuti fit) per temporum successiones omni legislatione. quibusdam scriptoribus nudos tantum Canones atque decreta tum Apostolorum tum Conciliorum post insecutorum conscribentibus, & nonnullas veterum quorundam Patrum sanctissimorum sententias ad Ecclesiæ gubernationem plurimum facientes vnà superadijcentibus: quali ferè scribendi genere contenti fuisse videntur Græci, quorum ius Pontificium scholiis Theodori Balsamonis illustratum nunc habemus. Hic sub Imperatore Constantinopolitano Emanuele Commeno vixit anno Christi 1160. cum iam diu ante ipsum sacros Canones huiusmodi suis exornassent scholiis

3
Cōstituciones Apostolorū per Clemētem editæ.

4
Duo genera librorū iuris Pontificij iam inde ab Apostolicis temporibus.

5
Crescēte legislatione necessariò crescunt librorū volumina.

6
Primū genus scriptorum iuris Pontificij.

7
Græcorum ius Pontificium.

8
Balsamonis ætas.

k liis

9 Interpretes
 Canonum
 Græci, prio-
 res inter-
 pretibus iu-
 ris Ciuilis.

10 Aetas Pho-
 tij.

11 Alterū ge-
 nus scripto-
 rum iuris
 Pontificij.

12 Clemens
 Romanus.

13 Isidorus Hi-
 spalensis &
 Martinus
 Braccarenſis

14 Burchard⁹
 V Vorma-
 tiensis.

15 Iuo Carnu-
 tensis.

16 Gratianus.

liis Constantinus ſcholasticus, qui ſub Iu-
 ſtiniano noſtro floruit, & Photius Con-
 ſtantinopolitanus, & Constantinus Har-
 menopolus, & Matthæus monachus, &
 Zonaras; omnes interpretibus legum Ci-
 uilium noſtris antiquiores. Photius ipſe
 collector iuris illius Eccleſiaſtici Græco-
 rum vixit ſub annum Chriſti 870. contra
 quem celebrata fuit octaua Synodus tem-
 poribus Hadriani PP. 2. vel ipſo teſte
 Theodoro Baſamone^a. Quibuſdam ve-
 rò iuris huius Eccleſiaſtici ſcriptoribus
 res etiam in Eccleſia contra ſchiſmaticos
 & hæreticos pro fidei Catholicæ defen-
 ſione geſtas, & integras Apoſtolorū Pon-
 tificumque Romanorum conſtitutiones
 & Epistoſas Patrumque in Conciliis con-
 gregatorum definitiones atq; regulas in
 volumina ſua redigentibus. quo in gene-
 re poſt Clementem illum quem dixi Ro-
 manum diligentiſſimus fuit ex variis alio-
 rum (ac inter hos Martini Pape hoc eſt E-
 piſcopi Braccarenſis tunc florentis) Col-
 lectaneis iam paratis Iſidorus Hiſpalenſis
 ſub annū 600. quem deinde ſecuti fuère,
 ſed parciūſ atq; truncatiūſ paulò propter
 & Conciliorum præcipuè vaſtitatem &
 epistoſarum Decretalium longitudinem,
 Burchardus Wormatiensis^b anno Chri-
 ſti circiter milleſimo, Iuo Carnutēſis, an-
 no Chriſti circiter 1100, Gratianus deniq;
 noſter mox anno Chriſti circiter 1150;
 quin & ante Gratianum, quidam Deuſ-
 dedit

dedit Cardinalis, & Anselmus Lucensis, & Gregorius cognomine Polycarpus, & Hugo Catalanensis^a, & Fulgentius^b Archidiaconus Carthaginensis: qui simul omnes de suo quoque non nihil interpretationis atque lucis addiderunt iuri quod colligebant insertis sparsim notulis nonnullis. Post editionem Decreti Gratiani, cum potissimum temporibus Alexandri tertij, qui sub annum Christi 1160 Pontificatum gessit vsque ad annum Christi 1180 & amplius, plurimæ fuissent exortæ Constitutiones nouæ, præsertim per Lateranensis Concilij sub hoc Alexandro celebratione, cumque Gratianus multa quoque deprehenderetur præteruisse tum ex Conciliorum veterum Canonibus tum ex Pontificum antiquorum Decretalibus quæ vocantur epistolis, quibus tamē Ecclesiastica legislatio videbatur non omnino posse carere, quidam Bernardus tunc temporis Præpositus Papiensis ac postea factus Fauentinus Episcopus aliud congeffit vel ut nostrorum verbo utar compilauit volumē, quod sub titulo seu nomine *compilationis* Decretalium epistolarum fuit editum, peculiaribus & libris & librorum singulorum titulis non ineptissime distinctum. quod quidem volumē licet auctoritate priuata conscriptum, publicè tamen probatum fuisse liquet ex Ioannis^c Andreae diligenti cū primis obseruatione. Nouis deinceps atque nouis emanantibus ab Apostolica

k ij sede

17
Deusdedit,
Anselmus
Luc. Gre-
gor. Poly-
carp. Hug.
Catalanen-
sis, Fulgen-
ti^o Cartha-
ginienfis &
alij Grati-
ano priores.

18
Decretaliū
Cōpilatio-
nes (quæ di-
cuntur) va-
riæ.

19
Bernardi
Papiensis
compilatio
prima.

20
Librorum
Titulorū-
que primus
ordo cuius

21
Gillibertus
Abbas.

22
Alanus An-
tisiodoren-
sis.

23
Ioānis Ga-
lensis com-
pilatio 2.

24
Innocētius
3.

25
Bernardi
Cōpostel-
lani Com-
pilatio Ro-
mana.

se de Constitutionibus, aliud mox volu-
men edidit quidam Gillibertus Abbas; a-
liud quoque post hunc Gillibertum qui-
dam Alanus Episcopus Antisiodorensis;
quæ tamen duo volumina publicè nun-
quam fuere comprobata, nisi quòd quidē
Ioannes Galensis ex illis duobus vnum
conflauerit volumen etiam publicè pro-
batum: quæ editio propterea *Compilatio*
secunda fuit appellata & liber secundus id
est volumen secundum, quemadmodum
editio illa Bernardi Papiensis vocabatur
compilatio prima seu liber primus hoc est
volumen primū. Atque hæc omnia quat-
tuor Decretalium volumina partim pub-
licè probata partim non probata præces-
serunt Pontificatum Innocētij tertij, qui
ante annum Christi 1200 cathedræ Petri
præfectus fuit per annos octodecim &
quod excurrat. Is quia vir doctissimus at-
que piissimus erat, Ecclesiæ reformandæ
studiosissimus & hæresibus extirpandis ar-
dens, plurima de rebus Ecclesiasticis iisq;
grauissimis cōstituit partim solus per se
partim in alio rursus Cōcilio generali La-
teranēsi quod anno Christi 1215 maximo
rotius orbis Christiani concursu celebra-
batur. adeò vt penè solius Innocentij ter-
tij plura reperiātur in Gregorij noni De-
cretalibus rescripta quàm omnium cæte-
rorum simul Pontificum. sub hoc Inno-
centio tertio, priusquam duodecim præ-
sedisset annos, alius quidā Bernardus Ar-
chidia-

chidiaconus Compostellanus, Romę de-
gens, ex eiusdem regestis Innocērij tertij,
Decretalium volumē quintum pro cudit;
quod appellationem *compilationis* Roma-
næ fuit adeptum, quia Romæ sicuti dixi-
mus congestum fuit; cui quidē volumini
cū nonnulla reperirentur inserta quæ
Romanæ Curia parū probarentur, ipsius
Innocērij iussu quidam Petrus Beneven-
tanus sextum edidit Decretaliū Innocen-
tiarum volumen, publicè probatum;
quod idcirco nunc tertia *compilatio* nunc
liber tertius id est volumē tertium appel-
latum fuit, vt volumen Bernardi Papiēsis
compilatio prima & volumen Ioannis Ga-
lensis *compilatio* secūda; reliquis tribus il-
lorum triū, Gilliberti, Alani, Petri Com-
postellani, voluminibus reprobatis. atq;
sub finem sui Pontificatus, post celebratū
nempe Concilium illud Lateranense, rur-
sus aliud per nescio quem iussit edi De-
cretalium volumē Innocentius hic idem;
ordine quidem in vniuersum iam septi-
mum, sed ex approbatis duntaxat quartū:
quæ & ob id quarta *compilatio* nuncupa-
batur & liber quartus vel volumen quar-
tum. Proximus Innocentij tertij successor
fuit Honorius tertius; qui & ipse suarum
Decretalium volumen edidit iam in vni-
uersum numero octauum licet inter ap-
probata Decretalium volumina tantum-
modo quintum: quæ per consequēs quin-
ta fuit appellata *compilatio* seu volumen

26
Petri Bene-
uētani Cō-
pilatio 3.

27
Cōpilatio
4 per quen-
dam.

28
Honorij 3
Cōpilatio
5.

k iij quin-

29
Sedulitas
procuden-
darum De-
cretalium
summa.

quintum. Decretaliū procudendarū quasi ferrum per illa tempora canduisse dixeris: tanta fuit malleorum & incudum crepitantium sedulitas. Vixdum septuaginta præterierant anni ab Gratiani Decreto condito, & ecce Decretalium volumina, quæ cōmemorauimus ex Ioanne Andrea, iam octo. Successit huic Honorio noster

30
Gregorij 9
Cōpilatio
6 quoad
probatas,
9 quoad v-
niuersas.

Gregorius nonus, qui tot ac tantorum sibiq; parum constantium voluminū Decretalium epistolarum pertæsus, multis mutatis, multis relictis & reiectis, multis etiam nouis de quæ suo sicuti fit adiectis Cōstitutionibus vel Decretalibus epistolis, nonam parauit omnino Decretalium editionem libris hisce quinque compræhensam, numero quidem iam nonam si spectes cunctas Decretaliū editiones modò memoratas, at sextā si solas probatas.

31
Contij &
Gilberti
hallucina-
tio quoad
cōpilatio-
nes istas.

Antonius Contius^a & Martinus Gilbertus^b qui postremò manus illustradis Decretalibus adhibuerunt, non nihil hac in re recensenda hallucinantur; cum tamen Ioānis Andreae diligētiam nihil effugerit, ex quo ferè solo retulimus quidquid ad adeò varias Decretalium editiones pertinet. Idem post Ioānem Andream narrant

32
Quos ha-
beat hac in
historia du-
ces auctor.

Antonius Butrius^c & Zabarella Cardinalis & iam olim ante Ioānem Andream Hostiensis^d. Per hanc Decretalium editionem Gregorianā, superiores omnes Decretaliū editiones prorsus abrogatæ fuerunt: quantūlibet sæpenumero nobis pro
Decre-

Decretalium Gregorianorum interpretatione vehementer seruire possent si semel integræ & incorruptæ prodiret; nam fragmentis earum incertis fides adhiberi nõ debet: vt pro interpretatione legislationis Iustinianæ procul dubio seruiret veteres veterum & Imperatorum & Iuriconsultorum Codices atque libri si tamè aliquando puri puti reperirentur & eruerentur. Prodiit hæc Gregorij noni *compilatio* (sic enim vocat^a ipse maiorum vestigia secutus, neque tamen sine priscorum^b Latinorum exemplo sicuti suo loco^c dicitur) anno Christi 1230. quo fiebat vt vniuersum iuris Pontificij quasi corpus duobus hisce solis contineretur voluminibus, Decreto Gratiani videlicet & Decretalibus Pontificum epistolis per hunc Gregorium nonũ editis. Post hosce quinque Decretalium libros à Gregorio nono editos, aliquamdiu cessarunt ab editionibus nonis Pontifices insequentibus; donec sub annũ Christi 1300 Bonifacius octauus partim suas partim superiorum Pontificum qui inter ipsum & Gregoriũ nonum intercesserant, & quidem ipsius quoq; Gregorij noni Nouellas Cõstitutiones atq; Decretales, ac præcipuè duorũ generalium Conciliorum Lugdunensium, quorum alterũ sub Innocetio 4 circa annum Domini 1245, alterũ sub Gregorio 10 circiter annũ Christi 1273 celebrabatur, decreta, totidẽ libris quot ipse Gregorius

33
Vtilitas cõ-
pilationum
variarum.

34
Cõpilatio
latina vox
antiquissi-
ma.

35
Duo iuris
Pontificij
volumina
præcipua.

36
Bonifacij
octauus li-
ber.

k iiij gregorius

asi
ris:
pi-
nta
ero
lia,
rea,
ster
a fi-
De-
a
fine præ-
tionis De-
retalium.
b
at. Pomp.
us lib. 3.
verb. vet.
usf. Com-
lare inquit,
& cogere &
vniũ con-
ere.
c
prefat.
reg. 9. ubi
liber eius-
dem Festi 14.
verb. pilũ
pilare,
abitur.

gorius nonus, iisdemque seruatis libro-
rum singulorum titulis, editioni Grego-
rianę superadicit. malens eas adiectiones
edere seorsum quàm editioni Gregoria-
næ interferere, ne sua quibusque editio-
nis Gregorianæ a exemplaria fierent in-
utilia; secus atque factum fuerat à superio-
ribus omnibus Decretalium Composi-
toribus, qui præcedentium voluminibus
abrogatis editionem suam volebant ob-
seruari solam. quod Bonifacij exemplum
posteri deinceps prudenter & modestè
pièque secuti fuerunt. hoc volumen Bo-
nifacij licèt quinque cõstet libris, vti De-
cretales Gregorianę, tamẽ totũ solet alle-
gari sub appellatione libri sexti eo quòd
libris quinque Decretalium Gregorij no-
ni quasi sextum quid subiiciatur, iisdem
seruiens pro diuersis additionibus, neque
sanè rotum quantulum quantulũ est ma-
gnitudine sua singulos Decretaliũ libros
exuperans. Mortuo Bonifacio Clemens
quintus, qui & proximus Bonifacij suc-
cessor erat, eodem seruato ordine, Con-
stitutiones Concilij Viennensis ipso præ-
sente circiter annum Christi 1311 celebrati,
vnà cum cæteris Cõstitutionibus Decre-
talibus que suis Epistolis, editioni paraue-
rat; quæ defuncto demũ ipso per succes-
sorem Ioãnem nempe vigesimamsecun-
dam fuit prolata sub annũ Christi b 1320.
quæ quoniã nihil præter solius Clemen-
tis vel Concilij Viennensis à Clemente
confir-

37

Cur seor-
sum Boni-
facius edi-
derit sua,
neque De-
cretalibus
Gregorij
passim in-
seruerit.

38

Exemplum
Bonifacij
prudens.

39

Textus cur
appellatus
hic liber.

40

Clementis
5. liber edi-
tus à Ioan-
ne 22.

vid.
Bon.
in
p
qu

a

Abb. Antiq.
ed. præfat.
Decretalium
Gregorij noni
sub fin.vid.
t
m

confirmati continet Constitutiones, Clementinarum vocabulo solet in testimonium vulgò citari. Suas item paulò post addidit Constitutiones quasdam numero viginti, sed seorsum quoque, Ioannes hic vigesimusecundus; Decretalium ordine semper obseruato. Quæ quidem tam pauçè Constitutiones quia peculiaris alicuius voluminis Decretalium nomè minimè promerebàtur, in generali nomine Extrauagantium substiterūt. Extrauagantes enim vocari cœperunt olim Constitutiones omnes Pontificiæ quæcunque & quotcunque Gratiani Decreti volumine non erant comprehensæ; quemadmodum pulcherrimè, sicut omnia sua, docet Abbas Antiquus^a: addens & illud, etiam hodie quantumlibet in peculiare fuerint volumè redactæ Decretales epistolæ Pontificum per Gregoriū nonum, tamen sub vocula hac *extra* debere easdem allegari, quòd sint extra volumen Decreti Gratiani; non tamen sub nomine amplius Extrauagantium. Quanquam nunc ferè, causa breuitatis, obtinuit vt ex Decretalibus testimonia proferàtur simpliciter, expresso solo titulo, citra voluminis alicuius mentionem: quemadmodum recentiores quidam testimonia producant ex Pandectis. Defuncto sub annum Christi 1335 Ioãne illo vigesimo secundo, variæ variorum Pontificum sequentium prodierunt Extrauagantes Constitutiones, annorū plus

k v minus

41

Ioannis 22
libellus sub
generali
Extrava-
gantium
nomine.

42

Extrava-
gantes quæ-
nā primò
dictæ.

43

Allegatio
(eæ) quor-
sum perti-
neat.

44

Allegatio
simplex ti-
tuli solius.

45

Extrava-
gantium cō-
muniū ra-
tio.

^a Abb. Antiq.
ul. prefat.
Decretalium
Gregoriū noni
sub fin.

minus ceterum quinquaginta ius comprehēdentes: quandoquidem quæ inter eas est omnium postrema, præ se fert annum Christi 1483, facta nimirum à Sixto quarto, quemadmodū sub titulo ^a *De reliquiis & veneratione Sanctorum* videre est; quæq; inter easdem primæ sunt, ab eodē Ioanne vigesimo secundo sunt profectæ. liber ille vel editio illa nomē *Extravagantium communium* propterea sortitur quod Constitutiones illæ multis Pontificibus cōmunes sint non vni soli debeantur quemadmodū vel Clementinæ vel Extravagantes illæ Cōstitutiones viginti Ioannis vigesimisecūdi. Post hunc annum Christi 1483 nihil videmus libris nostris additum esse. quanquam sanè Pōtiffices posteriores minime dormitauēre sed insigniter Ecclesiasticæ legislationis ornauēre Spartā, partim Conciliis quibusdā generalibus interim celebratis partim Cōstitutionibus aliis multiplicibus populo Christiano datis, quantumlibet in corpus hoc iuris nostri nondum sint redactæ. qualium quidē Extravagantiū corpori iuris nondum inclusarum quæ nā vel quāta sit vis & auctoritas, oportuniùs loco ^b suo disputabimus. Constitutionū deniq; Pij quinti magnū non ita pridem prodiit volumen, atq; de corpore Pōtifficij iuris vniuerso nobis insigniter instaurādo & adornando Pontifex hic Gregorius ^c decimus tertius iā diu ferio cogitat: cuius & Censurā quandam

Glossa-

46
Postremo-
rum Ponti-
ficum iura
nondum in
Corpus iu-
ris editum
relata.

47
Extrava-
gantū Cor-
pori iuris
nōdum in-
clusarum
auctoritas.

48
Pij V. Con-
stitutiones.

49
Gregorij
13 conatus.

50
Censura
Glossarum
iuris Pont.
per Greg.
XIII.

a
Francis. Tur-
no libros octo
Constitutio-
num Aposto-
licarum.

b
Francis. Tur-
no in libro 5 d
de sensibus p
Canonibus
Apostolicis
Sensibus Po-
ntificum Ap-
ostolicorum D
cretalibus
Gregoria centuri
tores Mag
burgenses
quos et Co
ius fuit
ductus ad
penal. de
6. et in p
fat. Decre

Glossarum Pontificiarū cum primis utilē atque necessariam videmus iam editam.

Præter hos omnes hæctenus cōmemoratos iuris huiusce libros, vtilissimè prolati sunt in lucem quattuor Tomi Cōciliorum plerorūque ingentes vnà cum rebus nonnullis cōpertinentibus, opera & industria piissimorū virorum primò Petri Crabbæ Franciscani Mechliniensis ac deinde locupletiores Laurētij Suriij Carthusiani Coloniēsis, vestigia Isidori illius Hispalensis de quo diximus insequentiu.

Quod autem capitis huius initio diximus, Canonibus Apostolorum breuiter ac deinde Constitutionibus Apostolicis per Clementem Romanum editis plenissimè contineri tum Constitutiones tum Traditiones illas quarū Testamenti noui meminit libellus, id quoniam latissimè & accuratissimè probauit ex infinitis propè scriptoribus & Græcis & Latinis iisque vt antiquissimis ita probatissimis vir in-cōparabilis doctrinæ, singularis pietatis, feruētissimi zeli Frācisus Turrianus, qui simul & scholiis & cōmentariis lōgè doctissimis illustrauit libros illos octo Cōstitutionum Apostolicarū ^a, & in defensione pro Canonibus Apostolorū Decretales etiā Pontificum primorū seu Apostolicorū epistolas ab impugnationibus ineptissimorū quorundā hominū vindicauit ^b, nō est quod nos hoc loco vel actū agamus vel argumēta Canonū Apostolicorum

51
Tomi Cōciliorum.

52
Canonum Apostolicorum & Cōstitutionum Apostolicarum Adfertio de fensioque cōtra hereticos per D. Francisc. Turrianū.

a
Francis. Tur.
no libros octo
Constitutio-
num Apo-
stolicarum.

b
Francis. Tur.
no in libro 5 de
defensionis pro
Canonibus
Apostolicis et
Societatis Pon-
tificis Apo-
stolicorū De-
cretalibus cō-
tra centuria-
tores Magde-
burgenses per
quos et Con-
stitutus fuit se-
ductus ad c.
penult. dist.
16. et in præ-
fat. Decreti.

53
Legislatio-
ne Ciuili
multò an-
tiquior Põ-
tificia.

Legislatio Ciuili Iustiniana nullis est
ex libris depròpta tam antiquis, ne quidè
si vel duodecim respicias tabulas, quan-
do quidem longè sunt iis antiquiores duę
tabulæ Mosis: vt interim Senatusconsul-
torum & Edictorum prætoriorũ præ his
nouitatem prætereamus. Imperatorũ au-
tem Constitutiones & Ictõrum respõsa ex
quibus legislationem suam congeffit Iu-
stinianus, omnia sunt Apostolicis tempo-
ribus posteriora; cùm florere demum cœ-
perint illi tum Icti tũ Imperatores post-
quam legislatio Pontificia libris multis
iam esset instructissima; nẽpe, præter scri-
pturæ sacræ loca quædam tanquam iuris
huius fontes, & Apostolorũ Canonibus,
& Constitutionibus Apostolicis, & epi-
stolis Põtificum Apostolicorum Decre-
talibus, & priscorum patrum nonnullo-
rum sententiis, & Conciliorum primorũ
Hierosolymis & alibi pro re nata sapien-
ter celebratorum Decretis; id quod alibi
copiosius attigimus.

54
Interpres
legum Põ-
tificiarum
Latini Ac-
cursio anti-
quiores.

Iam, quod ad Interpretes & Glossogra-
phos Pontificij iuris attinet, post Græcos
illos quorum paulò superiùs feci mëtio-
nem, primi fuerunt apud Latinos hi; Lau-
rentius, Vincentius, Alanus, Iacobus, Tan-
credus, alij similes, viri iam diu ante annũ
Christi 1200 clari & illustres; qui quidam
omnes in primum illud volumen episto-
larum

larum Decretaliũ à Bernardo illo Papien-
 si editum glossemata commentariosque
 scripserunt; priusquam vel Accursius tum
 Glossographorum tum interpretum cun-
 ctorum Ciuiliũ longè Princeps vnquã
 nasceretur (vt qui Gregorij demum noni
 tẽporibus inclarescere cœperit, mortuus
 anno Christi 1279 cùm primũ ante qua-
 draginta duos annos iuri studere seriũs
 inchoasset in suã nimirũ ætatis anno vi-
 gesimo septimo, sicut adnotauit Arnol-
 dus Pontacus ^a) vel glossemata sua saltem
 pleniora consequeretur ius Ciuile Iusti-
 nianeam, opera potissimũ & labore eius-
 dem Accursij ex Irnerio, Bulgaro, Hugo-
 lino, Ioãne Bosiano, Martino, Pyleo, Pla-
 centino, Azone, cæteris. Quibus legum
 Ciuiliũ Glossographis Latinis antiquio-
 res quidem fuere Glossographi legum ea-
 rundem Græci, quorum Viglius ^b noster
 meminit, & qui nunc prodire cœperunt,
 nimirum Theodorus, Thalelæus, Isido-
 rus, Dorotheus, Stephanus, Ioannes, alij-
 que complures; at hi Græcis canonum
 quoque Glossographis nostris antiquio-
 res non sunt. Sanè tametsi legislatio Iusti-
 niani diu iacuerit in Italia totoq; reliquo
 Occidente quodãmodo neglecta ac prop-
 tẽ sepulta, durantibus videlicet Gotorũ,
 Vandalorum, Hunnorum, similibusque
 gentium barbararum grassationibus, do-
 nec Lotharius secũdus Imperator sub an-
 num Christi 1130 legislationem Iustinia-

neam

55
 Accursius
 vir qualis
 quantusq;

56
 Glossogra-
 phi Græci
 Latinis an-
 tiquiores,
 & inter
 Græcos ip-
 sos, Cano-
 nistæ ciui-
 libus anti-
 quiores.

57
 Apud Lati-
 nos omni-
 bus omni-
 no tẽpori-
 bus floruis-
 se legisla-
 tionẽ Pon-
 tificiam, ci-
 uilem verò
 diutissimè
 iacuisse qua
 si sepultã.

a
 Pontacus in
 synagoga
 ad an. 1227

b
 Vigl. in pre-
 dit. ad Con-
 stitutions
 theophili
 grecas.

neam in vsum reuocaret & in scholis publicis doceri mandaret, legislatio tamē Ecclesiastica semper & incessanter citraq; intermissionem viguit. A Lotharij verò temporibus exorti sunt primi legum Ci-

78
Interpretes
quidā Ci-
uiles, Ca-
nonicis an-
tiquiores.

uiliū interpretes, Irnerius, Bulgarus, He-
golinus, alij; quos & ipsos interpretibus
Canonum Latinis fuisse recentiores non
rectē videtur affirmare Contius ^a, cūm
Gratiani etiam Decreti tempora præce-
ferit Irnerius cum ceteris coæuis, qui par-
tim Summas quę vocantur partim Com-
mentarios in Ciuileius ediderunt, Glos-
sas non ediderunt. Glossographi Decre-
taliū primi fuerunt illi quos ante dixi.

79
Glossogra-
phus De-
creti prim^o

Glossographus postea Decreti Gratiani
primus fuit quidam vel Hugo vel Hugu-
tio, quemadmodum non vno loco scribit
Antoninus ^b Archiepiscopus Florētinus
in historiali suo speculo; secundus dein-
ceps Ioānes quidam Semeca cognomen-
to Teutonicus sub annum Christi 1260,
qui frequēter Hugutionis illius facit mē-
tionem; tertius denique cōfestim Bartho-
lomæus Brixienſis. quare falsò putat Ar-

80
Glossogra-
phorū va-
riorū atas.

noldus ^c Pontacus hunc Ioannem Teu-
tonicum fuisse primum Decreti Glosso-
graphum. Glossa Ioannis huius Teuto-
nici vulgò nominatur communis, vt ait d
Archiepiscopus ille Florentinus. Huic
Ioanni Teutonico licet Accursius depre-
hendatur fuisse coæuis vt & Bartholo-
mæo Brixienſi, Hugutione tamen fuisse

vide.

videtur posterior. Illud item satis liquet
 ex Ioanne^a Andrea, glossas Decretalium
 non ex Accursio sed ex antiquarum illa-
 rum quas posuimus compilationū glos-
 sis à Bernardo quodam Parmensi fuisse
 congestas cum nonnullis nouis additio-
 nibus. floruit Bernardus ille sub annum
 Christi 1250 coæuus Accursio. Memorat
 autem Ioānes Andreas plurimos alios an-
 tiquarum compilationū Glossographos
 præter eos paulò superiùs à me comme-
 moratos, Accursio vetustiores. Quanquā
 Glossographorum primorum genus v-
 trumque non adeò multum temporibus
 & ætatibus distat. quod obiter admonen-
 dum duxi, ne quis fortè sciolis quibus-
 dam crederet & nugivendis ineptissimis
 falsò perque calūniam scriptitantibus &
 auctores & Glossographos iuris Ciuilis
 antiquiores esse vel auctoribus vel Glos-
 sographis Ecclesiastici seu Pontificij iuris
 huius nostri, cum veritas ipsa planè sit at-
 que stet in contrarium. Sanè Pontificij
 iuris glossemata glossematibus legum Ci-
 uilium neque soliditate cedūt neque ve-
 rustate; ius autem ipsum Pontificium &
 præstātia & antiquitate legibus Ciuilibus
 longissimè præcellit. Vtramque tamen le-
 gislationē hoc habere cōmune videmus,
 vt & augeatur naturaliter successu tēpor-
 ris, (ne hodierno quidē die tacentibus le-
 gumlatoribus nec vnquā tacituris quādiu
 stabit mundus, vel ingenti teste volumine
 Consti-

81
 Glossę De-
 cretaliū ne-
 quaquā ex
 Accursio.

82
 Glossogra-
 phi multi
 Pontificij
 Accursio
 antiquio-
 res.

83
 In sciolos
 quosdā nu-
 givēdos ac
 mendaces.

84
 Soliditas
 maior glos-
 sarum Pō-
 tificiarum
 quā Ci-
 uilium.

85
 Legislatio-
 nis omnis
 incremen-
 tū quotidie
 necessariū.

Constitutionum Caroli quinti Imperatoris) & interpretum numero turbaque penè semper laboret; cum tamen qui unum viderit, maximè posteriorem aliquem, omnes viderit; adeo genus hoc omne scriptorum farinae deprehenditur eiusdem, ne verbis quidem frequenter aliorum per alios immutatis. nec sanè plagij censetur inter bonos viros crimen, aliena sibi sumere; sed ingenuitatis habetur, alieno vel le frui labore. Panormitanus præ cæteris in alienis lucubrationibus ad verbum describendis artifex creditur fuisse maximus atque dexterrimus. Testatur Ioannes a Andrea suo iam tempore in libros Decretalium Gregorij noni plus quàm octingenta seu volumina seu opera (*petias* barbaro vocat vocabulo) commentariorum fuisse: connumeratis autem antiquarum compilationum Glossographis, amplius quàm mille fuisse volumina vel ut ipse vocat *petias*. Quod si numerentur nunc & opera & opuscula tum Ioannis Andreae ipsius (qui mox post annu Christi 1300 cepit inclarescere, Glossographus ipse & libri sexti Bonifaciani & Clementinarum, defunctus anno Christi 1348) tum sequentiu interpretum ad ætatè vsque nostram, numerus ille millenarius fortassis iam conduplicatus reperietur. In sanabile nepe multorum scribendi cacoëthes est; ut nihil nunc restet amplius quàm ut ad simplicissimum commentandi genus, quale secula postu-

86
Interpretu
cantilena
prorsus ead-
dem.

87
Panormi-
tani supel-
lex tralati-
tia; sicut &
ceterorum.

88
Commen-
tarioi u im-
mensitas.

89
Qualis in-
terpretatio
iuris nunc
summè ne-
cessaria sit,

postulant erudita, redeatur, ac ad ipsos puræ putæ legislationis Ecclesiasticæ fontes atq; principia digiti semper intendantur, recta docendi via rationeque diligentissimè seruata, qualis Ecclesiasticarum legum interpretatio in tanta præsertim cõmentariorum cõfusione temporibus hifce profectò summè necessaria est.

Ac quoniam primos Glossarum quæ dicuntur iuris vtriusque prodidimus auctores ac tēpora, non erit abs re si per breuissimam digressiunculam simul annotemus Ordinariæ sacrorum Bibliorū Glossæ tempus & auctorem. Sunt igitur qui putent Caroli Magni præceptorē seu Alcuinum seu Albinum eius Glossæ auctore fuisse: sed refert Abbas^a Tritthemius, paulò post Caroli Magni tēpora sub Imperatore Ludouico circitèr annū Christi 840 primum eius collectorem fuisse monachū quendam Fuldēsem nomine Strabum Rabani olim discipulū virum longè doctissimum, qui & alia multa scripserit. seculis deinceps aliquot posterioribus, nempe sub annum Christi 1110 Glossam Bibliorum interlinealem & marginalem nouo eoque breuissimo expositionis genere superuenisse per Anselmum^b quendam Laudiniensem Scholasticum virum & doctissimum & piissimum.

90
Glossæ Bibliorū Ordinariæ auctor,

91
Interlinealis & marginalis Glossæ auctor,

I CAPVT

92
Ordo, Me-
thodus, &
Ars Decre-
ti Gratia-
nei.

POST & librorum & Glossographo-
rum primorum nostrorum historiam
fatis illustratam, postulat nunc tempus vt
breuiter indicemus quanam sit ordinis
tum in Gratiani Decreto tum in Decreta-
libus his Pontificum epistolis digerendis
obseruati ratio. Frequēs est inter eruditos
de iuris Arte, sit, non sit, disputatio; non
ætate tãtùm nostra sed & priscis olim iam
inde à cõdito iure Romano temporibus,
ac maximè Seruio Sulpicio Ciceronèque
florètibus. An verò postea Pandectarum
vel Digestorum vel Institutionum vel
Constitutionum libris per complures e-
tiam ante Iustinianum conscriptis ars illa
perfecta fuerit, grauioris adhuc est quæ-
stionis. Ad huius quoque iuris Pontificij,
præsertim Decretalium, libros ea serpsit
inuestigatio; cui tum nosmetipsos olim
tum nunc alios per traditionē Paratitlo-
rum diligenter incumbere meminimus.
Cæterùm peculiaribus librorum Titulis
deficientibus, immò deficiente volumi-
nis cuiuspiã certos in libros distributio-
ne, velut in Decreto Gratiani, sitne vel
Artis vel Ordinis alicuius hic artificiosi
digna viris eruditis atque methodicis ob-
seruatio, iustiùs fortassè dubitari potest.
Ac quoniam Gratiani volumen illud in-
signis quidam & incõparabilis est omnis
& An-

a
Gel.
noct. At-
ib. 1. cap.
sectors in
Cas. &
c. fuerit.
7.

& Antiquitatis & legislationis Ecclesiasticae thesaurus, à summis Pontificibus olim sicut & nuper à Gregorio PP. XIII nobis ad obseruandum traditus, mox initio nō inutiliter nec importunè pro studioforum commoditate de tanti ac tam vasti quæremus operis vel arte vel ordine.

Primum nos oportet meminisse, iuris omnis in artem redigendi non tam accuratam fortasse vel à Iustiniano Iustinianive administris Triboniano sociisque Triboniani vel à librorū Pontificiorum scriptoribus habitā esse rationem, quā verisimiliter voluisset haberi vel Pompeius Magnus vel Iulius Cæsar vel Lucius Crassus vel ipse Cicero; quos omnes quatuor de iure Ciuili iam olim in artem redigendo cogitasse, quin & horum nonnullos in eo genere nō nihil perfecisse legimus^a. Contenti nempe fuerunt homines nostri, seculis nati non ita felicibus, populari quadam atque adeò qualicunq; tandem neque scopis dissolutis omnino simili legislationis digestionem seu dispositionem: qualem vir aliquis prudēs ac fori iudiciorumque peritus & in rebus agendis diu multumque versatus abundè probauerit, sciolus aliquis è puerili schola proreptans ludimagister facilè contempserit: sed vt nimis curiosa scrupulosaque quarumcunq; rerum dispositio superstitionis est insana, sic vasta & vaga membrorum omniū partiumque diuulsio dis-

93

Ars iuris qualis fuerit à nostris cōsiderata.

94

Fori iudiciorumque peritis abundè satisfacit Ordo librorū iuris, at sciolis non aequè.

iectioneque; stupiditatis est crassissima. Quid secuti fuerunt Iustinianus atque Tribonianus in Codice, Digestis, Institutionibus, disponendis, sedulo profecti sumus tum in iuris vtriusque paratilis nostris tum in oratione nostra quam de arte iuris Ciuilis Romanorum olim habuimus loco praefationis in professionem Pandectarum. Quid autem Gratianus in Decreto suo disponendo fuerit secutus, & Archidiaconus & Dominicus Geminianus & Praepositus & Antoninus a Florentinus & Ioannes Turrecrematensis & ante illos antiqui Glossographi diligenter ostendere conati fuerunt. Illud in promptu est, Gratianum tria sibi summa proposuisse operis sui vniuersi seu genera seu capita; Primum b, iuris Ecclesiastici principia, fontes, atque dignitatem, vna cum Cleri seu personarum Ecclesiasticarum praeminentibus & officiis, & vniuersae Iurisdictionis Ecclesiasticae praestantia; Secundum c, genera omnium causarum seu iudiciorum sub Ecclesiasticam iurisdictionem cadentium; Tertium d denique, ipsius Christianismi proprium quasi characterem seu notam quandam peculiarem qua Deo toti coniungamur atque consecremur; vt per sacramenta Baptismi & Confirmationis, & per Eucharistiae sacrificiique mystici tremendorumque mysteriorum participationem; diebus etiam festis atque ieiuniis religiosè semper obseruatis, nec imaginibus Ec-

95
Auctoris
disputatio
de iuris ar-
te.

96
Ordinis
Gratianci
considera-
tores.

97
Ratio sum-
ma Ordinis
Gratianci
in vni-
uersum.

a
sic lib. 1. de
Orat.

b
in d. Paratilis
et in orat.
de arte iuris.

bus Ecclesiæ cōtemptis. Ita vt prima De-
creti Gratiani pars atq; etiam tertia po-
tissimùm sint iuris publici, cùm partim ad
magistratus Ecclesiasticos partim ad sa-
cra Christiana ceremoniasq; Christianas
pertineant; Secunda verò pars propriè sit
ipforum iudiciorũ seu causarum quarum-
cunque ad Ecclesiasticum forum spectan-
tium. Quo quidem toto dispositionis ge-
nere Gratianus ordinem spectauit non a-
lienum ab ordine quem saltem in vniuer-
sum tenuit & in Pandectis & in Codice
suo Iustinianus, vt qui vtrobiq; iuris pub-
lici partem tractationi iudiciorũ ipforum
tum Ciuiliũ tum criminaliũ præmisit,
quoad magistratus nimirum, partem sub-
iicit, quoad fiscalia scilicet atq; similia re-
rum genera statum reipub. concernentia.

a
Dicitur lib. 1. de
Orat.
Dicebat olim L. Crassus apud Ciceronẽ a,
si quis effecisset vt primũ ius omne in
genera digereret, deinde eorum generum
quasi quædam membra dispertiret, tum
propriam cuiusq; vim definitione decla-
raret, perfectam nos artẽ iuris habituros.

b
Dicitur d. Paratit.
de arte iuris.
Quod an quis vnquam in iure Ciuili præ-
stiterit, alio b loco disserui. Gratianus, in
iure Pontificio in volumẽ suum redigen-
do, genera summa non pessimè secũdum
prædictam rationẽ constituisse videri for-
tè poterit sub tribus his Capitibus, DI-
STINCTIONIBVS, CAVSIS,
CONSECRATIONE. Verũ, vi-
deamus ecquid & in singulis eorum triũ

I iij gene-

101
Quid &
quos vi-
deatur se-
cutus in or-
dine Gra-
tiani.

99
L. Crassi de
iuris arte iur-
diciam.

100
Gratiani
dexteritas
in disponẽ-
do.

101
Gratiani
studiū ve-
hemens &
singulare
ne scopas
relinqueret
dissolutas.

102
Distinctio-
num subdi-
stinctio in
tria mem-
bra.

103
Interpretū
vulgus in
7. secat mē-
bra distin-
ctiones Gra-
tianas.

generum quasi vel mēbris vel capitibus
dispertiendis iudicio L. Crassi, quod &
naturalis rationis est, satisfacere conatus
fuerit Gratianus. Equidem video, gnaui-
ter ad laborasse Gratianum ne quasi sco-
pas quasdam dissolutas nobis relinqueret
sed mēbris illorum trium summorum
seu generum seu capitum nec incommo-
dis omnino nec ineptis vteretur, adhibi-
tis plerumque partitionibus per idoneis.
vt ecce, primum illud vel genus vel caput
summū, Distinctiones videlicet, in mem-
bra tria paulò superiùs à me commemo-
rata partitur; quorum nempe primum de
elementis^a est iuris Ecclesiastici, secundum
de personis^b Ecclesiasticis, tertium de po-
testatis & Iurisdictionis Ecclesiasticæ seu
Pontificiæ præstantia^c seu præcellentiâ
seu præminentiâ totiusque gubernationis
Ecclesiasticæ gradibus & ordine, vel
(vt nostri se loqui putant significantius)
de Maioritate & Obedientia cum simili-
bus inde dependētibus. Interpretum vul-
gus ignoratione methodi minutariùs hæc
omnia secat in mēbra septem; quæ tamē
omnia sub illis tribus à me positis cōpre-
henduntur. quorum quidem septem pri-
mum^d est, de primis quibusdā iuris ipsius
elementis, vt vnde sit natum, quænam &
quot eius vel formæ vel species, & quænam
specierum inter se singularum differētia;
secundum^e, de origine & institutione mi-
nistrorum Ecclesiæ & officiis eorundem
pro or-

§. 1. d. c. ^a pro ordinum varietate tertium ^a, peculiari- 3
 rum orato- riter de officio Episcopi, potissimum iux-
 tam, vsq; ad ta traditionis & Institutionis Paulinae ^b
 o dist. b præcepta numero tredecim sicut à nostris
 it. 1. & 1. quidem numerantur: quartum ^c, de non- 4
 im: th. 3. nullis impedimentis ordinum Ecclesia-
 sticorum tum exercendorum tum susci-
 dist. 50. vs- piendorum: quintum ^d, de modo, ratione, 5
 ue ad 60. formaque constituendorum Ecclesie mi-
 d dist. 60. vs- nistrorū ac præcipuè Episcoporum: sex-
 ue ad 81. tum ^e, de illis tredecim rursus Apostoli- 6
 c dist. 81. vs- cæ regulæ præceptis Episcopalibus, pro-
 ue ad 93. pter diffusiores paulò Regulæ Paulinae
 f dist. 93. vs- materiam: septimum ^f, de principatu Pon- 7
 ue ad finem tificis, & vniuersæ iurisdictionis Ecclesia-
 dist. 101. q. 2. sticæ siue Pontificæ præstantia & excel-
 17 vs. lentiā cum præ omni cæterorum Eccle-
 siasticorum potestate tum præ cuncto se-
 culari simul imperio, siue Regum siue Im-
 peratorum siue Principum quorumcun-
 que. quam considerationem nostri Ma-
 ioritatis & Obedientiæ nominibus desi-
 gnāt, sicuti modò dicebatur. Sed ex hisce
 septem membris, per interpretes pleros-
 que nostros cōfictis, intermedia quinque
 nihil aliud reuerā sunt quàm particulae
 quædam vel substinctio potius membri
 secundi (nimirum de personis Ecclesiasti-
 cis) à me propositi. Quod autē loco ter-
 tio L. Crassus in iuris arte conscribenda
 requirebat vt cuiusque membri vis defi-
 nitione declararetur, id adeò sollicitè fecit
 Gratianus, præsertim in distinctionibus,

I iiij vt &

104
Horum 7.
ad tria re-
ductio.

105
Definitio
diuisioque
mēbri cu-
iusque per
Gratianū,

vt & definitionibus & diuisionibus omnia sint apud ipsum plena^a. quam verò vel feliciter vel infeliciter, alterius est inspectionis: hic sufficit ostendisse, qualiscunque in Gratiano rationem ordinis apperere qui iuris Ecclesiastici studioso vel mediocriter saltem cōsulat. nam partien-

106
Partiendi peritia maximū quid ac propè diuinum.

di peritia tanquam virtus quēdam rarissima tanti semper alioquin habita fuit iam olim apud summos etiam Philosophos, vt Socrates apud Platonē^b dicere soleat, hunc virum tanquam Deum quendam a tergo secuturum sese si quem reperisset qui rem vniuersam rectē diuidere nouisset. Gratianus certē pro suo modulo frequentissimē^c sui rationem reddidit ordinis, & per transitiones quasdam commodissimas antecedentibus insequentia connectit, & subinde suas digressiones excusat^d: vel solo distinctionum verbo frequentique earū numero singulare suum

107
Ordinis ratio frequentissimē per Gratianū reddita,

latis indicans ordinis desiderium; captatis etiam ad ordinis commēdationem D. Pauli^e præceptis illis Episcopalibus. At hactenus de primo Decreti Gratianei membro vel eius ordine rationēque satis.

108
Episcopalia Diui Pauli præcepta.

109
Causarum Gratianearum partitio bimēbris eadēque prudentissima.

Iam verò ad secundum Gratianei Decreti caput summum seu genus quod attinet, iudicia inquam seu Causas, numero in vniuersum triginta sex, quas non omnino stupidissimē nec illepidissimē pro Ecclesiasticorum iudiciorum explicatione proponit (quoniā Cicerone^f teste iudicia

dicia omnia aut distrahendarum contro-
uerfiarum aut puniendorum maleficiorū
causa reperta sunt) siue de suo Gratianus

lt. r. *in fin.* Causas eas confingat, vt certè videtur a, si-
ue res gestas interdum narret; in his ordi-
nem feruat hunc, vt à criminalibus inci-
piat & pecuniarias deinde subiungat; per-
mistiis tamen subinde criminalibus cū pe-
cuniariis pro multiplicium quæstionū ex

vnaquaque Causa nascentium varietate.
cur autem à criminalibus ordiatur, cōtra
icæterorum ferè scriptorum consuetudi-
nem, rationē reddidit ipse dum à Distin-

ctioibus ad Causas trāsiret^b; nēpe quòd
hactenus per Distinctiones de Electione
& ordinatione Clericorum locutus Ca-
tholicorū, nunc ad ordinationes transiret
Simoniacorum. Cui rationi posset addi,
quòd vt inter arma silēt leges ita nisi sce-
leratis hominū facinorosorū conatibus
atque grassationibus celeriter occurrere-
tur omnia iudicia necessariò turbarentur
atq; silerent. qua simul in ordinis ratione
non omnino caruit omni veterū quorū-
dam quantūlibet paucolorū scriptorū ex-
emplo Gratianus. Principem criminosos

causa 1. inter homines obtinet meritò locū c Sim-
mō Magus; ordine toto peragendorū cri-
minis alicuius reorum iudiciario per inte-
gras causas quinq; d diligēter cōmonstra-
to: spoliationis e & famosorū libellorū
tractatione permista. Criminalibus his
causa 3. expeditis, venit ad alia iudicia seu Cau-
causa 5. sas

110
Criminalia
iudicia cur
pramiserit
pecuniariis
Gratianus.

111
Criminalis
tractatus
subdiuisio
Gratianea.

fas alias cōditionem & statum & externa seu tēporalia negotia cōcernētes, quas generali nomine pecuniarias appellamus. in quibus capita ferè quattuor quasi partes quasdam huius mēbri præcipuas Gratianus inuenitur potissimum cōsiderasse, iuxta quattuor peculiaria hominum in re publica Christiana versantiū genera. nam cum duo sint summa Christianorum genera, vnum Clericorum, alterum Laicorum, ex Clericis alij in Ecclesia summis funguntur honoribus Ecclesiasticis alij simplici Clericorum nomine censentur, ex Laicis verò alij votis adstricti monasticis vitam degunt solitariam (qui nunc tamen pleriq; omnes Clerici sunt, vbi olim Laici ferè erant) alij per matrimonij sacramentum vinculis adstringuntur cōiugalibus. Quæ quidē quattuor præcipuè causarum pecuniariarum siue partes siue species cum in Gratiano Decreto mediocriter emineant, reliquis ordinis vniuersi discursus quantumlibet paulò turbatior equo ferendus est animo; mistis nimirum criminalibus passim Ciuilibus hisce. quid si Gratianus decōri nescio cuiusnā fortè studiosus (vt imaginationis erat homo mirificentioris vt monachus & ingeniosus & ocio literario satis abūdans) iudicia forensia tanquam naturaliter turbulenta, Causas que suas turbulentiore, turbulentiore simul ordine persequi studio maluerit? Sequuntur igitur aliæ mox apud Gratianum

112
Pecuniaria
rum Causa-
rum subpar-
titiō Gra-
tiana in
quattuor
partes.

113
Ordo vel
mediocri-
ter bonus
boni con-
sulendus.

114
Gratianus
monachus
decōri ve-
hementer
obseruans
nō sine le-
pore.

a
 ge. us. 10. b
 ra. 1. c
 re. am. 2. d
 ge. co. 3. e
 nis. 4. f
 alij. 5. g
 ur. 6. h
 sti. 7. i
 ra. 8. k
 ali. 9. l
 u. 10. m
 ce. 11. n
 ra. 12.

tianum Causæ; primùm numero quat-
 tuora, de Archiepiscoporū & Episcopo-
 rum potestate ac iure. Secundò conse-
 quenter hinc aliæ de foro Clericorū in
 vniuersum; de iure prouētuum Ecclesia-
 sticorum; de præscriptione decimarum
 & oblationum, cum similibus; de rebus
 Clericorum repetendis, ac vsuris, quod
 criminalium rursus est Causarum; vt &
 de criminibus alienata mēte commissis.
 Tertio; deinceps aliæ peculiæres Causæ
 quinque solo de statu monachorum, vt
 votis & professione rebusque omnibus
 eò pertinentibus: tum postea iterū Causa
 singularis de Clericorum secularium ti-
 tulus, vita, ac statu. Quarto; denique com-
 plures Causæ de rebus quibusdam partim
 Christiano cuiuslibet tā Laico quàm Cleri-
 co, partim soli Laico conuenientibus: prio-
 ris generis Causæ sunt hæ ferè; de iureiu-
 rando & periurio & obedientiæ abiura-
 tione; de militia & bello, maximè con-
 tra hereticos, deque sui vindicta, & armo-
 rum sumptione etiam per Clericos absq;
 venia Imperatoris; de excōmunicatis ab
 Episcopo hæretico, vbi Catalogus texi-
 tur hæreticorū, vnā cum tractatione qua-
 dam satis luculenta de fide & vnitae Ec-
 clesiæ Romanæ extra quam non sit salus;
 de priuilegiis & eorum derogatione; de
 fortilegiis, diuinationibus, auguriis, ma-
 gia, mathematicis: posterioris generis
 est matrimonij sacramentum, de quo per
 inte-

I
 115
 Singularū
 quattuor
 partiū sub
 partito cū-
 ctas reli-
 quas cōple-
 xa Causas.

116
 4
 Quarti &
 vltimi mē-
 bri subdiui-
 sio.

117
 Catalogus
 hæreticorū.

118
 Matrimo-
 nialis tra-
 ctatus vlti-
 mus.

integras decem^a causas agitur, vsque ad finem videlicet Causarum. inserto per occasionē tractatu de sacramento Pœnitentiæ, quasi obiter: occasio autē fuit Causa 33 matrimonialis, in qua mulier quædam proponebatur à viro suo separata quæ crimen suum confessa fuerat soli Deo solâve cōfessione cordis; vnde quæstio movebatur inter alias illius trigesimæ terciæ Causæ terciæ, num tali confessione crimen deleri posset. Quinimodō citra peculiaris alicuius tractatus formam nōnullis in libris antiquis manuscriptis, quales ipsemet ego vidi, quæstio illa terciâ disputatur nullis distinctionum (quæ nunc apparent illic numero septem, nec inutiliter sanè) classibus adhibitis. E singulis autem triginta sex Causis his oportunitissimas elicit quæstiones Gratianus, rei præsentis explicandæ gratia factas, disceptationibus forensibus accommodatas. vnde perspicuum fit, causas omnes has triginta sex, primùm in certa rerum genera tanquã in præcipua mēbra seu partes præcipuas esse sectas, vt modò docuimus, & singulas partium singularum Causas in varias deinceps quæstiones quasi multiplices partium earundem singularũ vel particulas vel articulos diduci. qua de re pluribus hoc loco non agã; quemadmodũ neque de tertio totius operis Gratianci summo seu genere seu capite, nimirum *Consecratione*: præter hoc solum, quod in hoc tertio summo genere genui;

119
De pœnitentia tractatus qua occasione insertus.

120
Tractatus de pœnitentia nihil aliud quàm pars quædam terciæ quæstionis Causæ 33.

121
Causarum singularum in quæstiones certas coniectio commoda more forensi.

122
Argumentum & Ordo tractatus de Consecratione totius Decreti parte 3.

a
Consecr.
1. 1. 2.
b
Consecr.
2. 1.
c
Consecr.
3. 4.
d
Consecr.
3. 5. quæ
vlt.
e
Consecr.
3. 3.
f
dist. 3. 2.
g
dist. 3. sub
h
dist. 3. c
vlt.

genuinam Christianismi notā repræsen-
 tate, nō ab illis inchoetur quæ rerū pera-
 gendarū ordine sunt priora, sed ab Excel-
 lērioribus, vt est Eucharistię sacramentū a
 cū vniuersa sacrificij Christiani Cōsecra-
 tionisq̄ue materia; rebus cōsequenter ex-
 ternis ad hoc sacrificij publici munus per-
 tinētibus consecratione quadā Deo dica-
 tis: quę quidē res ob id etiā præmittūtur
 tanquā præparamēta quędā. Nam alioquī
 Baptismus ^c & Cōfirmatio ^d (quę duo sa-
 cramēta Christianis omnibus imprimunt
 characterē, sicut & Ordinis sacramentum
 Dei ministris Ecclesiasticis) ordine natu-
 ræ præcedebāt. Dierum quoque festorū ^e
 & ieiuniorū ^f præceptio & obseruatio, &
 imaginū in templis Christianorū venera-
 tio ^g, & sanctę ac indiuiduę Trinitatis ^h
 præ omnibus inculcāda fides firma pror-
 sus & inuiolabilis, ad statū Christianismi
 totius publicum præcipuē referuntur.

Equidē non inficior quin alius isq̄; me-
 lior ordo constātius & artificiosius insti-
 tuti potuisset quā est is quem Gratianus
 instituit. ac maluisset fortassis alius potiūs
 aliis vt partitionibus partiūq̄ue singula-
 rum tū subdiuisionibus tū dispositioni-
 bus. accidit nēpe tale quid in librorū con-
 scribendorum dispositionibus quale solet
 in extruēdis edificiis; alio Architecto aliū
 probāte magis ordinem; neque tamē suo
 quodā caret vnusquisque pulchro. Solius
 ferē temporis ordinem probat Isidorus;
 vti

121
 Alius alia
 gaudet Me-
 thodo.

123
 Alius alia
 gaudet Me-
 thodo.

124
 Ordo tem-
 poris.

ad
 oc-
 en-
 ufa
 lam
 qua
 lo-
 no-
 cia
 nen
 aris
 li-
 se-
 tur
 ent
 ne)
 ri-
 cit
 bli-
 fo-
 im
 im
 ua
 vt
 n-
 z-
 n-
 os
 on
 us
 eu
 oc
 re
 i-

Consecr.
 2. 1. & 2.
 b
 Consecr.
 2. 1.
 c
 Consecr.
 2. 4.
 d
 Consecr.
 2. 5. quæ
 e
 Consecr.
 2. 3.
 f
 dist. 3. e.
 g
 1. dist. 3. sub
 h
 2. dist. 3. e.

125
Burchard⁹
& Iuo lōgè
confusiores
Gratiano.

126
Temerariū
puerileque
Io. Molinæi
de Gratia-
no iudiciū.

127
Eiusdem in
Interpretes
Gratiani
viros ma-
ximos &
incōpara-
biles petu-
lantia.

vti fecerunt & filii qui Tomos Concilio-
rum nobis exhibuerūt. Burchardus Wor-
matiensis & Iuo Carnutensis in alia quæ-
dam summa capita totam suam seu farraginem
seu collectionem seu si cum Sex. Pomp. Festo
maius compilationem con-
gesserūt, sed & numero lōgè plura (quod
partitionis alicuius vniuersalis magnū est
vitium) & rebus mistis multò sanè confu-
siora. Qua in re iudicium Ioannis a Moli-
næi Gratianum nostrum temerè profus-
que pueriliter calumniantis & in sua De-
creti Gratiani professione præuaticato-
rem se declarantis, vt editionem Decreti
Iuonici suam redderet (credo) plausibilio-
rem, vehemèter equidem demiror atque
desidero: nec villo modo ferendum reor
tam insolens hominis intemperātis in in-
terpretes omnes nostros qui Gratiani la-
borem suis illustrarunt commentariis, vi-
ros doctissimos atq; perspicacissimos, vel
scomma vel dieterium, quasi qui, dum or-
dinem quærunt in Gratiano, venationem
instituerent aut delphinorū in syluis aut
aprorum in fluctibus. Illud non inuitus
agnosco, simile quid interdū præter spem
suam & expectationem accidisse Gratia-
no quale metuentibus pestem; quando-
quidem vt hi sepe numero per diuerticula
primi in eam incidūt; ita Gratianus ab or-
dinis confusione sibi vel maximè metuēs
in eam fluctuātius impexit interdum; sed
in medio quasi cursu diuerticuloq; dum-
taxat,

taxat, non in summis generibus vtcūque constituendis. Quod vtrū sit, certè Gratianus luonem longissimè superat & ordinis commoditate & rerum Ecclesiasticarum copia; neque vel vmbra vllam veri habet quòd Ioānes iste Molinæus^a iactet, luonis volumen Gratiano Decreto maius esse atque locupletius; cū è contrariatio tertia penè parte sit maius & rebus Ecclesiasticis instructius Gratiani volumen volumine isto luonis, vt maximè Glossarum (quæ dicuntur) quasi vestimento denudaretur Gratianus, id quod optare videtur Molinæus. Habet hoc itē commodi Gratianus præ cæteris Decretorum Collectoribus, quòd in vtranque partem quæstiones omnes grauissimas luculenter agiter, non scholastico tantum, sed & forensi more; qui disputandi mos procul dubio semper est ad rectè de rebus omnibus iudicandum vehementer necessarius: ab Aristotele cum primis vsurpatus, & ab excellentibus viris Petro Lombardo Theologo & Gratiano Ico nostro fratribus laudabiliter in vsum reuocatus, & à D. Thoma viro sagacissimo & methodi verè peritissimo seruantissimoque admirabiliter exornatus. quo in genere qui vel nihil vel parum possunt, ij profectò nec in palestra scholastica nec in arena forèsi multum valent. In ordine tamen suo, post arrepta semel illa tria summa genera, partim constituendo partim prosequendo Gratianus

128

Eiusdè cecitas in aestimanda magnitudine voluminis luonici et Gratiani.

129

Gratiani dexteritas in disputando tractandoque singularis; exemplo tum Aristotelis tum sapientissimi cuiusque.

130

Ordinis Gratiani vitiū nonnullum.

tianus hoc præcipuè habet vitij, quòd ex occasione nonnunquam leuiori proxima sola solis proximis ferè coniungat, neque semper generale caput aliquod intermedium seu quasi subalternum satis idoneu constituat, neque satis apta capituli vnus membra constanter & ex arte componat vbiq; neque perpetuo quasi filo cuncta sua concinnè nectat. Quanquam rursus inter homines eruditos & methodi gnaros alius alium sibi connectionis & ordinis in Gratiano rationem cõminiscitur, dum pro se quisque suum laborat adferre symbolum. Videbitur fortè nonnullis in

131

Varias posse redditiones Ordinis Gratiani satis plausibiles.

Decreto Gratiano nonnulla relucere personarum & rerum & actionum imago; nonnullis videbuntur esse partim Elementa iuris Pontificij quasi *τὰ ὑπερτα* quædam, partim iudicia Pontificia cuiuscumque generis, partim Sacramenta; nonnullis denique quid aliud atque rursus aliud apparebit, vt quisque in suo semper abudat sensu: sed quid verè sit artis atque methodi perspicunt paucissimi; quinimmo, seposita arte profus omni, rarissima in terris est auis quæ nudè videat summa rerum ab auctoribus tractatarum genera: quæ quidè an hic nos in Gratiano viderimus, alij candidè diiudicent. De Sacramentis Ecclesiæ septè cur non egerit coniunctim nec vnico tractu Gratianus, ex hæctenus dictis facillè conicitur: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, reiecit in vltimam

132

Summa rerum capita in Auctoribus videre, maximum quid.

positus et DD. in proemio Decretorum Gratiani. d. solus in tranagã ad reprisidam.

133

De sacramentis omnibus cur disiunctim egerit Gratianus.

c. inu. Andr. c. 2. de reprobis.

timam sui operis partem; de Ordinis Ecclesiastici Sacramento plenius agit in distinctionibus; de Pœnitētia deq̄ue Matrimonio inter Causas; Vnctionis extremæ breuiter a meminit in Distinctionibus.

Quæritur à nostris an Gratiani Decretum polleat auctoritate iuris & in iudiciis & scholis, quemadmodum Decretales epistolę Pontificum quę publicè per Pontifices pro iure proponuntur. Ac sunt nouitij quidã b scriptores qui testentur Gratiani Decretũ ab Eugenio tertio, sub quo vixit Gratianus approbatum fuisse. quod quia nullo (præter vnum Tritthemium) probant idoneo teste, meritò reiicitur à nobis vt suspectissimum; cùm neque diligentissimus in rebus talibus adnotandis Antoninus Archiepiscopus Florentinus neque Platina Pontificum βίοςγραφος accuratissimus neque quisquã probatus auctor alius, qui quidem nostras venerit in manus, id affirmet. quinimmò cōtrà, sentiunt Interpretes ad vnum omnes c nostri tam Ciuilis d iuris quàm Pontificij e, non ab vilo vnquã Pontifice nominatim fuisse probatum Gratiani hoc Decretum, sed sola consuetudine receptum; neque plus auctoritatis adhuc habere quàm per sese habeāt auctoritates ipsæ siue Pontificum siue Conciliorum siue quorumlibet scriptorum aliorum ex quorum fragmentis Decretum suum Gratianus post Isidorũ & Burchardum & Iuonem & alios com-
m farci-

134

An auctoritatem iuris habeat Gratiani Decretum.

135

An Eugenius 3 approbauerit Gratiani Decretum.

136

Cōmunis interpretũ grauissimorũ sententia de Gratiani Decreti auctoritate.

137
Ipsi Gratiano quatum tribuendū.

farcinavit; in propriis autē Gratiani verbis nihil esse maioris auctoritatis quàm quantum ratio & æquitas per sese pariantur, cūm non plus tribuatur (in solis quidem suis) Gratiano, quàm interpreti cuiquam alteri. quo fit vt frequēter ab ipso in cōciliatione Canonum seu discordantium Canonum concordia (sicut ipse vocat) adfertionibus recedatur, vt & subinde Glossographus a ipse prudenter à suo Gratiano recedit.

138
Glossographus à Gratiano subinde dissentiens.

139
Stylus Decreti Gratiani.

De stylo Decreti Gratiani quæretur perridiculum foret; vt qui pro scriptorum quibus Gratianus vtitur plurimorum varietate non potest non esse summè varius. Atque scriptorum quidem horum omnium Catalogus ob oculos ponendus est accuratior multò pleniorq; quàm quilibet libris hactenus impressis inuenitur præfixus.

CATALOGVS AVCTORVM

vel auctoritatum quibus in suo Decreto Gratianus usus pro inscriptionibus Capitulorum, distributus in quatuor Classibus hæc, Scripturam sacram veteris ac noui Testamenti, Canones Apostolorum, Pontifices Romani, D. Petri successores, Concilia tum œcumenica seu vniuersalia tum particularia, Scriptores alios quoscumque singulares tum Ecclesiasticos tum profanos; adiecta singulis temporum ratione, saltem vctundiore.

140
Catalogus Auctorum Gratiano-rum plenus & perfectus, in quinque distributus classes.

PRIMA Classis Catalogi auctorum Gratianorum, Scriptura sacra veteris ac noui Testamenti.

L Euiticus. Prouerbia Salomonis.
L P salmi. Paulus Apostolus.

Non

Non agitur hic de cunctis literarum sacrarum testimoniis huic operi insertis (quæ penè sunt innuberabilia, quorûque peculiarem tum Decreto Gratiano tum Decretalibus præfici Indicem cum primis expediret, vt ex quo liqueret quomodo passim totam Scripturam interpretetur ipsamet Mater Ecclesia) sed solis de sacræ scripturæ testimoniis titulum vel inscriptionem capitulo cuiusdam Decreti Gratiani dantibus.

141
Index locorum scripturæ Decreto Gratiano explicatorum summe necessarius Ecclesiæ.

SECUNDA Classis Catalogi auctorum Gratianorum, Canones Apostolorum.

CANONES APOSTOLORVM; quos & ipse Clemens Apostolorum discipulus & assiduus D. Petri comes atq; successor constitutionibus Apostolicis à se in octo libros redactis adiecit^a, per omnia tales, & quidè ad verbû, quales à Gratiano nostro & ante Gratianû ab omnibus aliis tum Græcis tum Latinis proferuntur scriptoribus. quorum quidem Canonum Apostolicorum solidissimam pete defensionem & explicationem ex Francisco Turriano duabus diuersis in commentationibus^b.

142
Canonum Apostolicorum defensio per Turrianû.

TERTIA Classis Catalogi auctorum Gratianorum, Pontifices.

Adrianus al. Hadrianus 780
Agapetus qui vixit anno Christi 535
Agatho 680
m ij Alexan

<i>Alexander primus</i>	125	<i>Gregorius quartus</i>	<i>Quæster</i>
<i>Alexander secundus</i>	1065	<i>Gregorius septimus</i>	<i>implicius</i>
<i>Anacletus</i>	105	H <i>Adrianus al. Adriano al. 2.</i>	
<i>Anastasius primus</i>	405	<i>Higinus al. Iginus</i>	<i>octus tertius</i>
<i>Anastasius secundus</i>	499	<i>Hilarus</i>	<i>ter al. So</i>
<i>Anicetus al. Anitius</i>	170	<i>Hormisdas</i>	<i>simus</i>
<i>Antherus al. Antberius</i>	235	I <i>Innocentius primus</i>	<i>tephanus</i>
B <i>enedictus</i>	578	<i>Innocentius secundus</i>	<i>tephanus</i>
<i>Bonifacius primus</i>	425	<i>Joannes primus</i>	<i>tephanus</i>
<i>Bonifacius tertius</i>	607	<i>Joannes tertius</i>	<i>ymmachus</i>
C <i>aius</i>	280	<i>Ioannes septimus</i>	<i>tricius</i>
<i>Calixtus al. Calistus</i>	215	<i>Joannes octavus</i>	
<i>Clemens primus</i>	95	<i>Iulius primus</i>	
<i>Cælestinus primus</i>	430	L <i>eo primus</i>	
<i>Cornelius</i>	253	<i>Leo quartus</i>	
D <i>amasus primus</i>	380	<i>Leo octavus</i>	
<i>Deusdedit</i>	615	<i>Leo nonus</i>	
<i>Dionysius</i>	270	<i>Liberius</i>	
E <i>leutherius</i>	190	<i>Lucius primus</i>	
<i>Euaristus al. Eucharistus</i>	115	M <i>arcellinus</i>	
<i>Eugenius primus</i>	655	<i>Marcellus</i>	
<i>Eusebius</i>	310	<i>Martinus primus</i>	
<i>Eutychianus</i>	277	<i>Milciades al. Melchior</i>	
F <i>abianus</i>	240	N <i>icolanus primus</i>	
<i>Felix primus</i>	275	<i>Nicolanus secundus</i>	
<i>Felix secundus</i>	368	P <i>aschalis al. Pascha</i>	
<i>Felix tertius</i>	490	<i>cundus</i>	
<i>Felix quartus</i>	530	<i>Pelagius primus</i>	
G <i>elasius primus</i>	495	<i>Pelagius secundus</i>	
<i>Gelasius secundus</i>	1118	<i>Pius primus</i>	
<i>Gregorius primus</i>	600	<i>Pontianus</i>	
<i>Gregorius secundus</i>	720	S <i>ergius</i>	
<i>Gregorius tertius</i>	730	<i>Silverius</i>	

Uuester	315	T Elefphorus	140
Uuester al. Sulpitius	470	V ictor	200
Uuester al. Xistus primus	130	V igilius	540
Uuester al. Xistus tertius	440	U rbanus primus	220
Uuester al. Sotericus	175	U rbanus secundus	1090
Uuester al. Xistus	422	Z acharias	745
Uuester al. Stephanus primus	260	Z epherinus al. Senerinus	210
Uuester al. Stephanus tertius	755	Z osimus al. Sifinius al. Sosinus	707
Uuester al. Stephanus quintus	817		
Uuester al. Symmachus	500		
Uuester al. Ursicus	400		

QVARTA Classis Catalogi auctorum
Gratianeorum, CONCILIA.

Conciliorum alia dicuntur œcumenica vel vniuersalia seu generalia, alia particularia quæ partim sunt prouincialia partim diœcesana. Vniuersalia seu œcumenica Gratianus adfert in vniuersum nouem; quot nimirum fuerant ad ætatem vsque ipsius celebrata: quæ sunt hæc, ordine temporum.

Concilia œcumenica.

1 **N**ICENVM PRIMVM. temporibus Siluestri PP. Coss. Paulino & Iuliano, & annis sequentibus; anno videlicet 20 Imperij Constantini Magni, sub annum Christi 330; contra Arrium, pro Christi diuinitate. Tomo I Concil.

2 **C**ONSTANTINOPOLITANVM PRIMVM. quod plerûque simpliciter allegatur absque numero. celebratû temporibus Damasi PP. & Imperatoris Theodosij maioris.

143
Conciliorû
diuisio.

144
Quot ante
Gratiani
têpora fue-
rint cele-
brata Con-
cilia.

182
ioris. anno Christi 383. Syagrio & Eucherio Coss. cōtra Macedonium, pro Sancti, speritus diuinitate. Tom. 1. Concil.

3
EPHESINVM, sub Cœlestino Papa cititer annum Domini 430, tēporibus Imperatoris Theodosij secundi contra Nestorium pro vna persona Christi. Tom. 1. Concil.

4
CHALCEDONENSE, sub Leone Papæ I temporibus Marciani Imperatoris anno Christi 454. & sequentibus; contra Eutycherem vel Eutichen & Dioscorum; pro duabus naturis & proprietatibus in Christo. Tom. 2. Concil.

Annotatiuncula.

145
Quattuor primorum Conciliorū auctoritas instar Euāgeliorum.

146
Allegatio Conciliorū Oecumenicorum per numeros à quattuor illis primis.

147
PSELLI libellus de 7 Synodis.

Horum quattuor primorum Cōciliorum Oecumenicorum Decreta sicut sacrā Scripturam accipienda & eorum Canones vt leges obseruandos esse profiteretur etiam Iustinianus noster. Illud obiter hic obseruabis, quinque reliqua Concilia œcumenica non ferè sub locorū designatione sed per numerandi rationem à Gratiano, quemadmodum & ab aliis plerisque scriptoribus, allegari; nam respectu quattuor præcedentium Synodorum vniuersalium, sequentes appellantur *quinta Synodus, sexta Synodus, septima Synodus, octaua Synodus, nona Synodus*. De septem Synodis œcumenicis primis extat libellus cuiusdam PSELLI; Pontificum ius Ecclesiæ Græcæ per

per Balsamonem nobis exhibitum Synodorum octo œcumenicarum Canones complectitur, & nonnullarum Synodorum particularium; præter & ultra Canones Apostolorum & plurimorum doctissimorum sanctissimorumque Patrum singularium sententias vel dicta vel definitiones.

148
Ius Pontificium Græcorum quænam comprehendat.

- 5 QVINTA SYNODVS, id est, Concilium Constantinopolitanum secundum sub annum Domini 550 temporibus Vigilij Papæ & Iustiniani Imperatoris, contra Anthemium & Theodorum Mopuestiæ Episcopum qui negabant D. Virginem esse Deiparam Græcè θεοτόκον. & contra Origenistas: pro confirmandis etiam quattuor œcumenicis Conciliis præcedentibus. Tom. 2. Concil.
- 6 SEXTA SYNODVS, hoc est, Concilium Constantinopolitanum tertium; celebratum in Trullo palatio Imperatoris. temporibus Agathonis Papæ & Imperatoris Constantini quarti, sub annum Christi 680; contra Monothelitas. Tom. 2. Concil.
- 7 SEPTIMA SYNODVS, id est Concilium Nicenum secundum temporibus Hadriani Papæ sub Imperatore Constantino sexto & Irene matre, circiter annum Christi 780, contra Iconomachos ad retinendas in templis imagines; & contra Græcos pro sancti Spiritus processione à filio. Tom. Concil. 3.

m iiij OCTA

8 OCTAVA SYNODVS, hoc est Concilium Constantinopolitanum quartum anno Christi 870, sub Adriano Papa secundo, contra Photium Neophytum inuasorem sedis Constantinopolitane & iterum contra Iconomachos. hic est Photius ille qui Nomocanonem scripsit & ius Pontificium apud Grecos in ordinem redegit (vt ex Theodoro Balsamone a liquet) & in gratiam Ecclesie Cathol. postea rediit. Tom. 3 Concil.

149 Photius Nomocanonis auctor.

9 NONA SYNODVS, hoc est Concilium Lateranense sub Calixto PP. secundo, circiter annum Christi 1120, contra Saracenos & Turcas pro recuperatione Hierosolymorum terrae que sanctae. hoc Concilium non extat in volumine Conciliorum. Gratianus meminit 20. q. 2. c. ult.

150 Concilia particularia multa.

CONCILIA PARTICVLARIA; que propter multitudinem, ne vel effugiant vel fatigent oculos inuestigantium, commodius recitabuntur ordine Alphabetico, notatis tamen temporibus quoad eius quidem fieri poterit.

1 AGATHENSE in prouincia Massiliensi Gallica, temporibus Caelestini PP. primi circiter annum Christi 430. Messala consule; qui tamen in fastis illorum temporum non reperitur. tertio Idus Septemb. volum. I. Concil.

2 AGRIPPINENSE apud Vbios vel Colonienses, temporibus Iulij PP. I, circiter annum Domini 350. Tom. I. Concil.

3 ALTHEIMENSE, vel vt apud Gratianum hodie

hodie^a legitur apud *Altheim* al. *Alpheu*
 al. *Alphesium* al. *Alphesum*. præfente Cō-
 rardo Rege. sed vitiosæ sunt omnes illæ
 lectiones, cū legendū sit apud *Alheim*,
 quasi dicas, ex Germanico si trāsferas, *Ve-*
tus domicilium; quod est oppidulum Rhe-
 tiæ, vbi celebratum fuit Conciliū hoc an-
 no 5 Imperatoris Conrardi primi, sub
 Ioanne PP. 10 circiter annū Domini 916,
 vt liquet cū aliundè tū ex Burchardo b
 qui pene totum hoc Concilium volumi-
 ni suo sparsim inseruit. nulla huius Con-
 cilij in Conciliorum Tomis mētio. Facit
 huius mentionem Ioan. Auentinus lib. 4.

4 ALVERNENSE, al. Aruernense al. apud
Aruernas. temporibus Vigilij PP. primi
 circiter annū Domini 550. Tom. 2. Cōcil.

5 ANANETHENSE, cuius meminit Grati-
 anus dist. 91. c. 2. nec in Tomis Conciliorū
 nec apud Chronographos hætenus inue-
 nitur. legendum Nannetése. ex collatione
 cum Iuonici Decreti parte 6. cap. 181.

ANCYRITANVM, al. Ancyranū vel (vt
 Pontacus in Chronologia) Anquiranum.
 temporibus Marcellini PP. sub annum
 Christi 300. Tom. 1. Concil.

ANQVIRENSE, quod in voluminibus
 Conciliorum non extat nisi quòd Surius
 idem putet esse cum Ancyrano. attamen

Gratianus allegat quasi diuersum; quod
 fecit & Burchardus c auctor talibus in re-
 bus diligentissimus. de tempore, si modò
 diuersum sit à præcedēti Concilium hoc,

m v mihi

151
 Vera lectio
 restituta.

186 DE IVRE SACRO
mihi nondum liquet. Gratian. c. Episcopi.
26. q. 5. Certè Synodus Ancyrana non ha-
bet illud cap.

ANTIOCHENVM, sub Iulio PP. I. circi-
ter annum Domini 350. Tom. I. Concil.

ANTISSIODORENSE, sub Deudedit PP.
circiter annú Christi 616. Tom. 2. Concil.

APHRICANVM al. Africanú circa tem-
pora Bonifacij PP. primi, circiter annum
Christi 425. Tom. I. Concil. alij allegant
Africanum cum adiectione numeri, alij
simpliciter. ac videtur Africanum quartú,
potiùs esse Carthaginense quartum.

In APVLIA Vrbanetense sub Urbano
2. circiter annum Christi 1090; quod non
extat in voluminibus Conciliorum, vide
J. Melphiese.

ARELATENSE PRIMVM, temporibus
Siluestri PP. & Constatini Magni sub an-
num Domini 330. Tom. I. Concil.

ARELATENSE secundum Siluestri quo-
que temporibus paulò post primú. Tom.
I. Concil.

ARELATENSE tertium tēporibus Leo-
nis primi sub Marciano Imperatore. Opi-
lione & Vincomalo Coss. anno Christi
455. Tom. I. Concil.

AVRASICENSE al. Aurasicum al. Arau-
sicanum, sub Leone primo, temporibus
Theodosij Iunioris, circiter annum Chri-
sti 450. Tom. I. Concil. alij vocant *Aurasi-*
canum primum & secundum.

AVRELIANENSE primum temporibus
Hot-

Hormisdæ PP. & Clodovei Regis Fran-
corum sub annum Christi 520. Tom. 2.
Concil.

AVRELIANENSE tertium tēporibus Vi-
gilij PP. sub Childeberto Rege Francorū
circiter annum Christi 553. Tom. 2. Cōcil.

AVRELIANENSE quartum temporibus
Pelagij PP. I. & eiusdē Childeberti Regis
Francorum sub annum Christi 555. Tom.
2. Concil.

BELVACENSE al. Bellouacense anno
Christi 1114. temporibus Paschalis PP. 2.
quod licet nō extet in voluminibus Con-
cilioꝝ, tamen præter Gratianum quæ-
dam ex Beluacensi Concilio sed vt vide-
tur ex alio anteriore habet Burchardus ^a
vt qui vixerit anno Christi 1020.

BENEVENTANVM Urbani Papę Grati-
anus quidem non nominat, sed ex eo est ca-
pitulum nullus in Episcopatum. dist. 60.
vide Iuonem part. 5. c. 72.

BONIFACII tertij Concilium Roma-
num, cuius meminit Gratianus dist. 79. c.
7. de quo vide j. *Romanum*.

BRACCARENSE primū, vel (vt Burchar-
dus ubique vocat) Braggarense; tempori-
bus Honorij primi sub annū Christi 625
Tom. 2. Concil.

BRACCARENSE secundum sub eadem
tempora paulò post. Tom. 2. Concil.

BRACCARENSE tertium tēporibus Vi-
taliani PP. sub ann. Christi 666. Tom. 2.
Concil.

BYLO-

BYLONENSE, cuius nemo meminit præter Gratianum. fortassis idem cum sequemadmodum alibi apud Gratianū Spalense legitur pro Hispalensi.

CABILONENSE tēporibus Eugenij PP. 1. sub annum Christi 653. Tom. 2. Concil.

CABILONENSE secundum temporibus Leonis PP. 3. sub Carolo Magno, circiter annum Christi 800. Tom. 3. Concil.

CÆSARAVGVSTANVM circa tempora Hormisdæ PP. sub annum Domini 520. Tom. 2. Concil.

152
Caroli Magni
Cōcilia
quinque re-
formato-
ria.

CAROLI MAGNI Concilium. celebravit autē Concilia Carolus Magnus quinque reformatoria sicuti vocabantur; videlicet *Moguntinum, Remense, Turonense, Cabilonense secundum, & Arelatense tertium*, ut scribit Sigebertus; quæ extant omnia Tom. 3. Concil.

CARTHAGINENSE PRIMVM tēporibus Antheri PP. & D. Cypriani, sub annum Christi 235 vel ut alij putant sub Stephano PP. sub annum Christi 257. volum. 1. Concil. Quinimodò Concilio hoc non cōnumerato sed habito pro supernumerario, Laurentius Surius primum Concilium Carthaginense ponit sub Siluestro PP. paulò pōst, eod. Tom. 1. Concil.

CARTHAGINENSE SECVNDVM temporibus Siricij Pape anno Christi 398. Tom. 1. Concil.

CARTHAGINENSE TERTIVM tēporibus eiusdem anno Christi 399. Tom. 1. Cōcil.

CAR.

LIBER SECVNDVS. 189

CARTHAGINENSE QVARTVM temporibus Anastasij Papæ sub annum Christi 400. Tom. I. Concil.

CARTHAGINENSE QVINTVM temporibus iisdem anno Christi 401. Tom. I. Concil.

CARTHAGINENSE SEPTIMVM temporibus Bonifacij primi anno Christi 420. Tom. I. Concil.

CARTHAGINENSE OCTAVVM memorat Gratianus II. q. I. c. placuit. 10. quod capitulum alij tribuunt Mileuitano, Concilium hoc octauum Carthaginense videtur idem esse cum Africano de quo Surius Tom. I. Concil. vel potius idem est hoc Concilium Carthaginense cum Mileuitano; quandoquidem illic tantum in capitulo 19. reperitur locus ille Gratiani, non autem in Concilio Africano, itaque videtur error in vocabulo Carthaginensis Concilij octavi. vide \bar{m} Mileuitanum.

CLAROMONTENSE al. Aluernia, sub Urbano 2 circiter annum Christi 1090. quod Gratianus vocat Urbanense Aluernia. dist. 90. desideratur in Tomis Concil.

COMPENDIENSE al. apud Compendium. non extat in Tomis Concil. attamen meminit eiusdem non vno loco Burchardus lib. 8. cap. 71. lib. 9. cap. 42. lib. 11. cap. 12.

CONSTANTINOPOLITANA Synodus sub Nicolao 2 non exprimitur quidem à Gratiano; attamen cap. III. erga Simoniacos. I. q. I. inde sumitur. vide Iuonem part. 5. cap.

190 DE IVRE SACRO
cap. 79. non fuit œcumenica.

Apud CONVICINIVM al. Conuicinũ temporibus Nicolai PP. 1. sub an. Christi 866. desideratur in Tom. Cõcil. Gratianus meminit dist. 10. c. 1. et Iuo par. 4. c. 86. et alibi.

Vide Nicolai huius Epistolã in Appendice Bibliothecę sanctorũ Patrũ Sixti Senensis.

EDVCENSE sub Gregorio septimo Gratianus allegat 19. q. 3. in princ. quod nunquã reperitur. quodq; Gregorius 13. quęque perquirat pro editione Gratiani. sed fortassis legẽdum est Heduenſe vel apud Heduos: quanquam nec illud vsquã reperiri puto. Decreti Gratianæi Editio noua nihil etiam illic notat.

EMERITENSE cuius meminit Gregorius 13 in epistola ad Episcopos Belgij scripta pro correctiore Gratiani editione. cuius tamen mentionem hæctenus apud Gratianum non inuenio.

ELIBERINVM al. Elibertinum al. Elibertanum al. Eliberitanũ. In quibusdam locis additur à Gratiano apud *Permeria*, vt 31. q. 1. c. 6. temporibus Siluestri PP. & Concilij Niceni sicut existimat rectè Surius Tom. 1. Concil. quia scribit idipsum Ioannes Belethus in Rationali diuinorũ officiorum cap. 120. sub princ.

EPANENSE al. Epaunense al. Epaonense temporibus Gelasij Papæ 1. sub annum Christi 495. Tom. 2. Concil.

Apud EPHESYM præſente Rege Henrico, ponit Gratianus 15. q. 4. c. 2. cuius alius nemo meminit, merito; quia legendũ est apud *Ephesfurt*; scribis omnia corrupti-

153
Vera lectio
restituta.

pent-

pentibus. Equidem deprehendi Conciliū hoc apud *Epbesum* à Gratiano vel Gratiani corruptoribus dictū, prorsus idem esse cum eo quod apud Burchardū frequēter nuncupatur apud *Erphesfurt* cui interfuit Henricus Rex, & quod alij scriptores *Erphurdiense* Conciliū nominant. Nam Gratiani locus ad verbū desumptus est ex cap. 21. libri 13. Decretorum Burchardi, qui ex Concilio apud *Erphesfurt* illud adfert. celebratum fuit Cōcilium hoc temporibus Alexandri 2. p̄sente Henrico 4. Imp. sub annum Christi 1070. Auctor Lambertus Schafnaburgensis. Adfert & Iuo Carnutensis eundem Gratiani locum ex Concilio apud Erfphord celebrato part. 4. c. 53. Sanè D. Bonifacius Germanorū Legatus & Apostolus in epistola sua ad Zachariā Pontificem hanc ipsam Erphurdiā testatur à Germanis tūc temporis appellatam fuisse Erphesfurt. vol. 3. concil. pag. 30.

EVGENII PAPÆ Concilium vide *J. Romanum* sub Eugenio.

FAVENTINVM al. apud Fauentiam. desideratur in Tomis Conciliorum. meminit huiusce Gratianus solus.

GANGRENSIS sub Siluestro & Cōstantino Magno circiter annū Domini 324. Tom. Concil. 2.

GENVENSE Gratianus adfert dist. 95. c. vlt. desideratur in Tomis Concil.

GERONDENSE, circa tēpora Hormisdę PP. sub annū Christi 529. Tom. 2. Concil.

HA

HADRIANI al. Adriani Papæ Concilium, vide 7. *Romanum*.

HILERDENSE al. Ilerdense, temporibus Symmachi PP. sub annum Domini 510. Tom. 2. Concil.

HISPALENSE al. Spalēse primum, temporibus Pelagij Papæ secundi sub annum Christi 580. Tom. 2. Concil.

HISPALENSE al. Spalense secundū temporibus Honorij Papæ 1. sub annū Christi 624. Tom. 2. Concil.

HIPPONENSE temporibus Siricij Papæ sub annum Domini 400. Tom. 1. Concil.

LAODICENSE QVARTVM al. simpliciter sine numero, & melius, cū non nisi vnum illic reperiatur celebratū esse Concilium sub annum Christi 370 circa tempora Damasi Papæ. Tom. 1. Concil.

LEONIS CONCILIVM Gratianus allegat 16. q. 1. c. 63. Leonis primi Concilium Romanum quidē fuit aliquod celebratum, sed Surius id in Tomis Concil. nō habet; vti neque sequentia hæc, videlicet; Leonis quarti Concilium Romanum sub annum Christi 850; item Leonis octavi Concilium Romanum sub annum Christi 964; Item Leonis noni Concilium Romanum sub annum Domini 1050.

LVGDVNENSE al. Lugdense Gratianus ponit 35. q. 2. c. 19. Lugdunense primum celebrabatur sub Rege Francorum Guntramno, temporibus Pelagij Papæ 2. sub annum Domini 586. Tom. 2. Concil. Lu-
gdunen-

a
3. c. 150
alibi fr
vter;

gdunense secundum celebrabatur sub eadem tempora paulò pòst. Tom.2. Còcil.

MACIENSE, cuius meminit Gratianus quasi ex Isidoro 35. q. 2. & 3. c.14. & Iuo parte 7. quod & Gregorius XIII perquirebat. fortassis idem cum Maticèsi. locus idem reperitur can. 29. Concilij secundi Cabilonensis, & in can. 78. Còcilij Wormatiensis. vide Decretum tandem ab eodem Greg. XIII reformatum.

MAGVNTIENSE al. *Maguntinense* al. *Moguntinense* al. *Maguntinum* al. *Moguntinum* al. aliter. temporibus Leonis PP. 3 & Imp. Caroli Magni anno Christi 813. Tom. 3. Concil. Item aliud Concilium Magontinèse temporibus Hadriani PP. 3 & Imp. Arnolphi an. 888. Tom. 3. Còcil.

MANETENSE, quod solus habet Gratianus fortassis errore scriptoris pro Nannetensi.

MARTINI *Braccarenfis Episcopi cognomine Papa*, de quo vide Classem catalogi quintam. hoc tamen loco facienda fuit eius mentio propterea quòd Gratianus omnia quæ ex hoc Martino allegat, quasi ex Synodo Martini Papæ semper alleger; cùm tamen illius Martini nullum fuerit Concilium nullave Synodus; nisi quòd peculiari quodam libro Synodos Græcorum collegerit.

154
Cur Gratianus appellitet Synodū Martini huius.

MATICENSE al. *Matiscense*, desideratur in Tomis Concil. cuius tamen præter Gratianum Burchardus a quoque meminit, vt

a
3.c.150.
alibi fre.
nter,

194 DE IVRE SACRO
nit, vt & Iuo^a. videtur idem cum Matif-
conensi ex præfatione Concilij Matifco-
nensis primi. Tom. 2. Concil. pag. 678.

MATISCONENSE *primum*, temporibus
Pelagij PP. 2. sub annū Christi 680. Tom.
2. Concil. & *Matifconense secundum* pau-
lò post sub eodem. Tom. 2. Concil.

Apud sanctum MEDARDVM anno
Christi 853. Tom. 3. Concil. cui interfuit
Hincmarus Archiepiscopus Remensis te-
ste Iuone parte 6. c. 269. et Burchardo lib.
2. cap. 197.

MEDIOMATRICIS *Concilium*, cuius
quoq; meminerūt Burchardus^b & Iuo^s,
desideratur in Tomis Concil.

155
Vera lectio
restituta.

MELCHIENSE al. *apud Melchiam*. al.
melius *Melphicum*, quod Gratianus vi-
detur appellare *Urbanense Apulia*. 35. q. 6.
c. 4. & reuera ciuitas Malpheta (sicuti nūc
dicitur) est in Apulia Peucetia, vulgò terra

156
Apulia
Daunia.

PEVCETIORVM TERRÆ SITVS;
cūm Apulia Daunia nūc appellitur A-
pulia plana. Ac licet alij quidam ex Lean-
dro Alberto Melpum vel Melci faciant
oppidum Insubrum, tamen ex Gratiano
probabilissimum fit, illud esse Malpheta
illam Dominici Nigri; eò quòd Urbano
PP. secundus ante annum Christi 1100 re-
periatur apud Chronographos celebrasse
Conciliū quoddam in Apulia & quidem
in ciuitate Melphi sicut in Urbano 2 scri-
bit Platina. desideratur in Tomis Concil.

MEL-

MELDENSE, temporibus Caroli Iunioris Regis Francorum anno Christi 845. Tom. 3. Concil.

MELPHIENSE, sic enim legendū re vera puto pro MELCHIENSI de quo s̄.

Apud MERECH al. *Marech*, cuius nemo meminit præter Gratianum.

MILEVITANVM, temporibus Innocētij PP. I. Arcadio & Honorio V Const. anno Christi 404. Tom. 1. Concil.

NANNETENSE, quod in Tomis Cōciliorum Lauētius Surius Triburiēsi Cōcilio subijcit, incertus de tēpore. Tom. 3. Cōcil.

NAVATENSE, desideratur in Tomis Conciliorum nec eius meminerūt Chronographi.

NEOCÆSARIENSE, sub annum Christi 320 temporibus nimirū Siluestri PP. sed ante Conciliū Nicenum. Tom. 1. Concil.

PARISIENSE, temporibus Pelagij PP. sub annū Christi 550. Item *aliud Parisiēse* tēporibus Eugenij PP. 2. sub Ludouico & Lothario Imp. circiter ann. Christi 825.

PLACENTINVM, *sub Urbano 2* circiter annū Christi 1090 quod Gratianus vocat *Urbanense Placentia* dist. 70. desideratur in Tomis Conciliorum.

REMENSE, temporibus Leonis PP. 3. & Caroli Magni Imperatoris anno Christi 813. Tom. 3. Cōcil. Burchardus dicit illud præsentē Ludouico Imp. celebratū lib. 3. c. 239. Item *aliud Remense* sub Leone PP. nono anno Christi 1050.

ROMANVM *sub Bonifacio tertio* anno Christi 607. quod Gratianus appellat simpliciter Concilium Bonifacij PP. 3. dist. 79. c. 7. desideratur in Tomis Concil.

ROMANVM *sub Eugenio* PP. temporibus Ludouici & Lotharij Imp. Surius in Tomis Conciliorum non habet neq; Chronographi meminere.

ROMANVM *sub Hadriano al. Adriano* PP. quod nusquam reperitur alibi neque sub Hadriano primo neque sub Hadriano 2 neque sub Hadriano 3 qui Gratiani tempora præcesserunt.

ROMANVM *sub Leone.* vide s. Leonis Concilium.

ROMANVM *sub Siluestro,* post Concilium quoque Nicenum sub annu Christi 335. Tom. 1. Concil.

ROMANVM *sub Stephano* PP. 3 anno Christi 755. cuius meminit Gratianus dist. 79. c. 3. & seqq. desideratur. In Tomis Conciliorum.

ROMANVM *sub Symmacho* vel vt Gratianus dist. 96. in princ. testatur, Symmacho Simplicio. qui locus Gratiani merito suspectissimus est ex duplici nomine duorum Pontificum. sanè *Symmachus* nudè legendum videtur, qui sedit anno Christi 500. & seqq. aliquot; neque sub Simplicio vel Sulpitio Concilium vllum celebratū reperitur: vbi sub Symmacho Concilia Romana sex fuerunt celebrata, quæ memorantur ordine Tomo Concil. 2.
Gratia-

Gratianus nunc *Synodum Romanam* 3 sub *Symmacho*, nunc aliam atque aliam *Romanam sub Symmacho*, nunc denique *Romanam sub Symmacho simpliciter & absque numero profert.*

ROTOMAGENSE, desideratur in Tomis Conciliorum neque reperitur hactenus apud Chronographos, attamen frequens est eius apud Burchardū quoque mentio.

SALEGVNSTADIENSE al. *Salgunri habitum*, dist. 76. c. 3. anno Christi 1123. cui interfuit Burchardus Wormatiēsis, temporibus Benedicti PP. 8 & Henrici 2 Imperatoris. Tom. 3. Concil. ex fine vltimi libri Burchardi.

SPALENSE al. & melius *Hispalense*. vide s̄. *Hispalense*.

STEPHANI PP. 3. vide s̄. *Romanum*, sub Stephano 3.

TANSIATENSE al. *Tanfiacense* al. apud *Carisiacū*. 12. q. 2. c. 54. desideratur in Tomis Conciliorum neque meminerūt eius Chronographi. Sed editio Gregorij PP. XIII. varietatem notat lectionis & loca Burchardi ac Iuonis conformia. cap. est illic 55.

TERRACONENSE al. *Tarraconense*, temporibus Felicis PP. 3 sub annum Christi 490. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM I. sub *Anastasio* PP. temporibus Arcadij & Honorij Impp. circiter annum Christi 404. Tom. I. Concil.

TOLETANVM 2. temporibus Ioannis
n iij PP. 2.

PP. 2. sub annum Christi 533. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 3 tēporibus Pelagij PP. 2. sub annum Christi 580. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 4 temporibus Honorij PP. 1. sub annum Christi 675. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 7 temporibus Theodori PP. vel Martini PP. 1. sub annum Christi 646. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 8. temporibus Martini PP. 1. sub annum Christi 650. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 9. sub eadem tempora. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 10. sub eadem tempora.

TOLETANVM 11. temporibus Vitaliani PP. sub annum 660. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 12. sub finem Pontificatus Agathonis PP. & principium Pontificatus Leonis 2. circiter annum Christi 684. Tom. 3. Concil.

TRIBVRIENSE temporibus Formosi PP. & Arnulphi Imp. ann. Domini 895. Tom. 3. Concil.

TVRONENSE in genere vel simpliciter, ex primo tamen nihil inuenitur allegasse Gratianus, quod celebrabatur sub finem Pōtificatus Leonis PP. primi sub annum Christi 463. Tom. 2. Conciliorum nec è secundo Gratianus aliquid habet, quod celebrabatur sub annū Christi 560. Tom. 2. Concil. Turonense tertium allegatur.

23. q. 5. c. 21. celebratum temporibus Leo-
nis PP. 3. & Caroli Magni Imp. sub an-
num Christi 800. Tom. 3. Concil.

VALENTINVM al. apud Valentiam al. a-
pud Valentias sub Damaso circiter annum
Christi 385. Tom. 1. Concil.

VALENTINVM Hispaniæ sub Symma-
cho PP. circiter annu Domini 519. Tom.
2. Concil.

VALENTINVM Gallia anno Christi 855.
Tom. 3. Concil.

VASENSE al. Varense temporibus Leo-
nis primi sub Theodosio Juniore Imp. Diof-
coro consule anno Christi 444. Tom. 1.
Concil. alij legunt VALENSE. 1. & 2.

Apud VERMERIAM al. apud Verme-
rias cui interfuit Rex Pipinus. 29. q. 2. c. 4.
desideratur in Tom. Cõcil. neque Chro-
nographi meminere. attamen frequen-
tia ex eo testimonia sunt & apud Gratia-
num & apud Iuonem & apud Burchar-
dum. De Pipino præterea scribit Sigeber-
tus in suis Chronicis ad annum Christi
766. in hæc verba; *In presentia Pipini Re-
gis inter Græcos & Romanos celebrabatur
Synodus de sancta Trinitate & de Sancto-
rum imaginibus.* ad quem tamen annum ab
aliis Chronographis Concilium *Genti-
liacum* ponitur; sed nihil vetat quo mi-
nus plura diuersis locis celebrentur eod-
em anno Concilia particularia; nec est
verissimile Græcos & Romanos ad ce-
lebrandam Synodum in Gallias profi-

157
Gentiliacū
vel Nobili-
liacum.

n iij cisci

cisci voluisse ac non potius ad locum alium quem conuenire medium; nisi fortè Pipini Regis cōmoditati studuerint hac in re quod fieri potuit. Obiter addo, S. Vedasti monasterium apud Attrebatēses præ nobilitate sui olim Nobiliacum fuisse nuncupatum, sicut ex eiusdem Diui Vedasti patet a vita.

VRBANENSE *Aluernia sub Urbana*
PP. 2. dist. 60. vide s. *Claromontense.*

VRBANENSE in *Apulia* 35. q. 6. c. 4. vide de s. *Melchiese & Melphiese.*

VRBANENSE *Placentia* dist. 70. vide s. *Placentinum.*

VRBICVM, de consecrat. dist. 2. c. vlt. al. legatur & à Burchardo frequenter & ab Iuone. desideratur in Tomis Concil.

WARMATIENSE al. *Wormatiense* al. *Guarmatiense* anno Christi 868. temporibus Hadriani PP. 2. sub Ludouico Rege. Tom. 3. Concil.

QVINTA CLASSIS CATALOGI auctorum Gratianorum Scriptores alij singulares partim Ecclesiastici partim etiam prophani.

ALCVINVS al. *Albinus* præceptor Caroli Magni discipulus venerabilis Bedæ; clarus fuit anno Christi 800
Ambrosius 400
Anastasius bibliothecarius 860
Anastasius Patriarcha Felici papa. 9. q. 3. c. II. & seq.

Apob

Apollonius dist. 3. & 5. de consecrat. sub annū Domini 180. 190. 200. siue qui contra Montani hæresin scripsit, siue qui pro fide Christiana Apologeticum; si tamen diuersi sint hi duo (sicuti Tritthemius existimat) auctores, & nō vnus idemque.

Athanasius 350 *Augustinus* 400

Authentica 550

Basilus 380 *Beda* 700

Benedictus Abbas 540. sunt qui putent attigisse 600

Berengarius hæreticus attamen sæpe resipiscens. 1050, 1060. vide c. Ego Berengarius. de consecrat. dist. 2.

Bonifacius martyr Apostolus & legatus Germanorum 750

Brocardus & *Brocardica* vide nomen sequens *Burchardus*.

Burchardus Episcopus Wormatiensis, quem nationes exteræ. i. non Germanicæ corrupto nomine passim vocant *Brocardum*; cuius idcirco Decretū libris 20 comprehensum sub vocabulo *Brocardicorum* plerunque profertur in medium; testimoniis nunc ex *Brocardicorum* lib. 19, nunc ex aliis quibusdam libris *Brocardicis*, quasi dicas libris *Burchardicis* vel *Burchardi*, productis. Floruit anno Christi 1120.

Quod autem de *Brocardo Brocardicisq.* dixi, liquidò patet ex *Brocardicorum* à *Gregoriano* & à *Gregorio nono* quoque allegatorum cum libris *Burchardicis* collatione: tibi suffecerit vel vnicum in præ-

¶ V sentia

158
Brocardus
& Brocardica quid,

sentia cap. *In nomine Patris*. dist. 73. col-
latum cum libris Burchardicis, ne singula
nunc in comparationem deducamus ca-
pitula quæ sub *Brocardicorum* nomine de-
sumpsit ex *Burchardo* Gratianus vel etiam
Gregorius nonus, vt mox in disputatio-
ne de Decretalibus videbitur.

Capitularia, qui sunt libri legum Fran-
cicarum à *Carolo Magno* sancitaru,
quæ & extant nunc vnà cum lege *Salica*
& legibus aliis plurimis populorum di-
uersorum *Carolo Magno* parètium. quia
& ipse *Gratianus* aliquando *Capitularia*
Caroli Magni nominat. II. q. I. c. 36. impe-
rauit *Carolus Magnus* anno Christi 800
& præcedentibus. Capitularia vocat eas
leges *Gratianus*, eo quòd breuissimis qui-
busdam capitulis de personis & rebus Ec-
clesiasticis quoq; multa *Carolus* illic præ-
clare cõstituerit. vide *Iuonè* part. 4. c. 174.

Capitula Caroli & Ludouici, leges itidè
sunt eiusdè generis ab his duobus Imppe-
rata. *Gratianus* dist. 63. c. 34. & 2. q. 3. c. 8.
& 16. q. 1. c. 60.

159
Capitula-
ria quæ.

- Cassiodorus* 500 (auctore.
- Chronica Imperatorum* 6. q. 7. c. 15. incerto
- Chrysostomus* 380
- Clerus Romanus* dist. 50. c. 27.
- Codex Justiniani* 529
- Codex Theodosianus* II. q. I. 390
- Constantini privilegium* iisdè temporibus.
- Cõstitutiones Nouella Justiniani* 2. q. 1. 550
- Cyprianus* 250
- Cyril*

<i>Cyillus Alexandrinus.</i>	230
D idymus Alexandrinus	390
<i>Digesta</i>	552
<i>Diurnus liber. dist. 16. c. 9. incerto auctore.</i>	
E cclēsiastica historia	multiplex.
<i>Ennodius dist. 40. c. 2.</i>	500
<i>Eusebius Pamphili</i>	330
<i>Eusebius Emisenus</i>	350
G esta Romanorum Pontificum incerto auctore.	
<i>Gratianus ipse</i>	1160
<i>Gregorius Nazianzenus</i>	380
H enricus primus Imperator	930
<i>Hermes. 34. q. 2. c. 6. temporibus Apostolorum.</i>	
<i>Hieronymus</i>	400
<i>Hilarius. de Consecrat. dist. 2. c. 82.</i>	330
<i>Hincmarus al. Hicmarus al. Jgmarus Archiepiscopus Remensis. 2. q. 4. c. 17. temporibus Nicolai PP. I. vt ex eiusdem Nicolai Decretis liquet</i>	860
<i>Honorius Imperator</i>	400
I nstitutiones Iustiniani	533
<i>Isidorus</i>	640
<i>Isichius al. Hisichius al. Ysichius</i>	390
<i>Ino Carnutensis</i>	1100
<i>Iustinianus Imperator</i>	550
L udovicus primus Imperator. dist. 63. c. 30.	
M artinus Braccarensis episcopus cognomine Papa qui Synodos Gręcas collegit	630
N ouella	550
<i>Ordo</i>	

O rdo Romanus. dist. 75. cap. 6. & alibi
incerto auctore.

O rigenes 290

O tto primus Imperator 900

P aulinus 390

P aulus Iuriconsultus 210

P etrus Episcopus. absque loco, vel cognomine.

P ænitentiale Beda 700

P ænitentiale Romanum. incerto auctore.

P ænitentiale Theodori Cantuariensis 680

P ontificalis liber. incerto auctore.

P rospere 490

R abanus Maurus 850

S maragdus Abbas 950

T harasius Constantinopolitanus. i. q. l.

c. 21. temporibus 2. Synodi Nicenæ

sub annum Domini 780

T heodorus Cantuariensis Episcopus 680

T heodosiana leges vel Codex Theodosius vel

B reuiarium Alarici cum Annotationibus Aniani 500. vide s. Codex Theodosianus.

T rihpartita historia 500

V lpianus 220

ANNOTATIO.

Ex hoc quintuplici Auctorum Gratianorum Catalogo perspicuum fit quàm multis abundauerit libris atque voluminibus Gratianus vel certè Burchardus & Iuo ex quibus multa deprompsit hic notetur.

ster: Quorum quidem librorum pars magna temporibus his non reperitur; vt ambigere meritò quis posset, vtrùne sit magis gaudendum fragmenta nobis hæc esse per Gratianum seruata, quasi quasdam dispersas naufragij tabulas, an potiùs deplorandum quòd per huiusmodi rhapsodias auctores ipsi negligentius adseruati fuerint. Sic enim propter Iustini compendium periit nobis ipse Trogus Põpeius: ita propter L. Flori epitomè periit bona pars ipsius Liuij: sic propter Iustiniani digestionem selectionemque perière tot insignes Icⁱⁱ: sic denique multi perierūt auctores optimi propter aliorum ex ipsis compendiola. Quantò satius fuisset Isidori Hispalensis exèplum sequi & omnia omnium & Pontificum & Conciliorum integras ponere decisiones; idque iuxta ordinem fere temporum! dico fere; quia post recensitos Apostolorù Canones primorumque Pontificù Romanorum qui vsque ad Magnum Constantinum vixère Decreta, deinceps interferit Concilia Isidorus, ordine quidem temporum quoad singulas nationes, at Orientalibus primùm, deinceps Africanis, hinc Gallicis, ac postremò deniq; positis Hispanicis; Romanorum verò Pontificum Constantini Magni tempora sequètiū Decretis ordine suo. i. temporum subsequentibus vsque ad S. Gregoriù PP. sub quo vixit Isidorus; vnà cum pauculis aliunde post Isidorum

160
Librorum
veterù clades per Abbreuiatores atq; Rhapsodos.

161
Optimus
Isidori conatus à posteris male neglectus, & quisnam sit eius ordo.

dorum decerptis atque depromptis, & quasi pro coronide superadditis, vti mox apparebit ex totius Isidorici Decreti Titulis iustoque Catalogo. Qua ratione factum fuisset vt præter ius ipsium Pontificium tali modo lögè plenissimum atque perfectissimum, plenissimam quoque & perfectissimam haberemus historiam Ecclesiasticam. Per indices autè titulorum, ferè talium quales nunc sunt in Decretalibus, consuli potuisset cōmoditati quærerium quid, & omnia quæ sunt eiuldem argumenti sub vnum conspectum videre desiderantiū. Nunc opus habemus (quod vt triste sic præposterum est) vt ex riuulis aqua suppeditetur fontibus; vbi contra fontes ipsi perenniter aquam debebant subministrare riuulis.

Quodsi Catalogus hic meus nunc ita deinceps locupletaretur, vt sua quibusq; per omnes quinque Classes auctoribus redderentur quæcunque Gratianus delibavit, ac præcipuè Pontificum Constitutiones, vel Decretales epistolæ, atq; Conciliorum Decreta, notatis vbiq; numeris capitum in quibus auctores ipsi siue Pontifices siue Concilia ponunt vnumquodque (qua in re satis diligentes fuerunt omnes hi tres, Burchardus, Iuo, Gratianus) maximum profectò conferret huiusmodi labor præsidium ad pleniorum omnium præcipuè Conciliorum editionem; quæ libris quoque manuscriptis, &

Conci-

162

Index quidam præclarus ad singulos auctores referens omnino singula valde foret utilis.

163

Conciliorum locupletatio.

Concilii plurimis post celebratis, facile
quinti vel etiam sexti seu Tomi seu volu-
minis accessione posset adornari & auge-
ri. Laboravit in simili singulorum ad sin-
gulos auctores referendorum genere qui-
dam Labittus, & vtilissimè quidem labo-
rauit, vt qui per indicem quendam co-
piosissimum singula singulis reddidit au-
ctoribus quęcunque sunt in Justiniana
sed in vniuerso iure Pontificio labor hu-
iusmodi multò foret adhuc vtilior.

CAPVT TERTIVM

*De Ordine & Arte deq; Auctoribus De-
cretalium Gregory noni, Sexti, Boni-
faciani, Clementinarum & Ex-
trauagantium.*

SVPEREST vt breuissimè tandem di-
scamus de ordine Decretalium Grego-
rij noni, moxque deinceps catalogum si-
mul auctorum & auctoritatũ quibus hic
vtitur Gregorius nonus adnectamus.

Primus igitur inuentor Ordinis in De-
cretalibus obseruati fuisse videtur Ber-
nardus ille Papiensis qui post Gratianum
primus etiam repertus est epistolarũ Pon-
tificum decretalium compilator. Is cum
probè nouisset, ius omne rebus agen-
dis & vsibus potissimũ forensibus ac-
commodari, prudenter ad ordinis iudi-
ciarij rationem respexit in libris hisce
Decretalium disponendis; motus exem-
plo

164
De ordine
Decreta-
lium.

165
Auctor or-
dinis De-
cretalium.

plo tum ꝛ. tum Codicis Iustiniani Imperatoris, qui tamen & ipse Saluim lulianum ^a in Edicto illo perpetuo ducem habuit. Quin & priuatus quilibet litigatorus, primum & ante omnia sollicitus est de rebus quibusdam litem præcedentibus; deinde de lite ipsa quæcunque tandem illa fuerit ordine competenti pertractanda; cauteque deducenda; postremò denique de rebus quibusdam iudiciũ ipsum consequentibus; quemadmodum plenius ostendimus alio loco ^b. Præcedunt nempe semper iudiciũ quodlibet seu litẽ quamlibet cogitationes de bonitate causæ seu litis mouendæ, de iudice, de personis omnibus aliis administris, & id genus aliis. Causæ iudiciales ipsæ seu lites ipsæ, tanquam iudiciorum omnium subiecta quædam & materiæ, duorum præcipue sunt generum; quædam enim sunt pecuniariæ vel Ciuiles vel (si malis ita loqui) controuersiarum diréptoriæ, quædam verò criminales. Ordo tamen iudiciarius ^d in utroque causarũ genere multis regitur præceptis cõmunibus. Causæ ciuiles partim solorum sunt Clericorum propriæ, velut Ecclesiastica beneficia, partim tum Clericorum tum Laicorum simul & ex æquo communes, vt contractus, testamenta, factorum vsus, (quæ quidem duò causarum ciuiliũ genera quasi umbilicum horum quinque librorum constituunt ^e) partim denique solorũ sunt Laicorum peculia-

166
 Ordinis ratio.

167
 Vniuersalis
 Decretaliũ
 partitio sup
 partitioq;.

res ac propriæ, quales esse constat Causas
 matrimoniales ^a. Criminalibus in postre-
 mum relegatis meritò locum ^b. Conse-
 quuntur postremò causarum quarumcun-
 que disceptationem, Sententię; quæ & in
 rem iudicatam abeunt, nisi mox interpo-
 natur Appellatio : qua tãdem cessante, ni-
 hil aliud expectandum restat præter exe-
 cutionem; quæ quidem sicut in civilibus
 causis ad varios refertur effectus, ita in cri-
 minalibus multipliciũ pœnarum spectat
 inflictionem. Quod autem ad extremum
 hi duo tituli, de verborum videlicet signi-
 ficatione deq; Regulis iuris, pro coronide
 quasi supernumerarij subijciantur, ex-
 emplo quoque fit Pandectarum. Vides
 quàm & naturę conuenienter & honesta-
 ti congruenter & ad quærendi vel ad ma-
 num habendi commoditatem luculenter
 institutus in vniuersum fuerit hic ordo.
 Naturæ dico tum iudiciorum quorum-
 cunque tum sollicitudinis atque curæ qua
 tangitur homo quilibet iudicium ingres-
 surus. Honestati dico præmittendorum
 vbique potiorum inferioribus, vt diuino-
 rum humanis, Clericorũ Laicis, civilium
 criminalibus. Commoditati dico suo v-
 numquodque loco & in prõptu habere
 desiderantium, siue de summis quærat
 Capitibus iuris Pontificij siue de singulis
 membris siue de vniuerso ordinis iudicia-
 rij decursu. nõ potuisset profectò melior
 ordo vel optati quidem, postquam semel
 ab Isi-

Ordo tum
 naturæ re-
 rum tũ ho-
 nestati cõ-
 gruens in
 Decretali-
 bus, isque
 cõmodissi-
 mus.

- 169 Plurimos ordinē Decretalium fecutos esse.
- 170 Ridiculi nomine Pontificij iuris artis somniantores.
- 171 Singulorum Ordo librorum.
- 172 Singulorum Ordo Titulorum.
- 173 Præpostera subinde recitatio scriptorum.
- 174 Titulus quid sit hoc loco.
- ab Isidori fuit instituto consilioque recessum. Certè placuit hic ordo tantopere multis posterioribus & legumlatoribus & iudicibus & scriptoribus privatis, v. eundem sibi quoque religiosissime putaverint observandum: cuius rei sunt argumento libri reliqui nostri, Bonifacianus, Clementinus, Extravagantes, Decisiones Rotæ, Decisiones Cassadori, Summa que dicitur Astaxani, similiaq; id genus. Equidem plusquam ridiculos esse reor homines istos qui de nova sunt arte iuris Pontificij vehementer admodum solliciti.
- Quàm verò pulchrè cuncta quoque cohaereant singulis in Decretalium libris, mox apparebit ex Decretalium Paratilis. De singulorum namque titulorum ordine nihil est opus monere; cum temporis ordo ferè servatus esse deprehendatur, sicut & in singulis titulis Iustinianei Codicis. quanquam certè paucis in Decretalium locis ordo temporum aliquantulum turbatus invenitur; vt vbi subinde nunc Gregorius nunc etiam Burchardus Augustino præponitur, & (in quo minus peccatur) Augustinus Hieronymo. Titulus est inscriptio cuiusque novæ materiæ, qui multis distinguitur capitibus. quæadmodum videre est in omnibus ac singulis nostris Civilis quàm Pontificij iuris voluminibus. Græci scriptores (quod observatu dignissimum est) novum quoque Testamentum IESU Christi suis distinxere titulis, singulosque

gulosque titulos in sua partiti sunt seu capitula seu capitella. Nam teste Suida, τίτλος διαφέρει κεφαλαίῳ. καὶ ὁ μὲν ματθαῖος ἔχει τίτλους ζή, κεφάλαια τνέ. ὁ δὲ μάρκος τίτλους μή, κεφάλαια λ'ς. ὁ δὲ λυκάς τίτλους πγ', κεφάλαια τμή. ὁ Ἰωάννης τίτλους ιη, κεφάλαια σλβ'. hoc est; Titulus à capite differt. ac Matthæus quidē Titulos habet sexaginta octo, Capita trecenta quinquaginta quinque; Marcus Titulos quadraginta octo, Capita trigintasex; Lucas Titulos octuagintatres, Capita trecenta quadraginta octo; Ioannes Titulos octo decim, Capita ducenta trigintaduo. vbi mēdum videtur esse in numero Capitū S. Marci, dum proportio Titulorum & Capitum cæteris in Euangelistis consideratur.

Noui Testamenti in Titulos & Capita distinctio Græcorū. 176 Titulus à Capitulo quatenus differat, Suidæ.

CATALOGVS AVCTORVM
Et auctoritatum quibus vtitur in Decretalium libris Gregorius nonus.

177 Catalogus Auctorum ex quibus collectæ sunt Decretales, distributus in Classes 5.

PRIMA Classis Catalogi Gregoriani
Scriptura sacra.

Exodus lib. 5. tit. 12. c. 1. & tit. 16. c. 1. & tit. 18. c. 1. & tit. 36. c. 1. & seqq.
Proverbia Salomonis.

SECUNDA Classis Catalogi Gregoriani
Canones Apostolorum.

Canones Apostolorum lib. 5. tit. 27. c. 1.

TERTIA Classis Catalogi Gregoriani Pontifices.

Alexander tertius 1180
Bonifacius absque numero.
Clemens 2. 1047
Clemens
o ij

<i>Clemens 3.</i>	1190	<i>Hormisda.</i>
<i>Cælestinus 2.</i>	1144	<i>Innocentius secundus.</i>
<i>Cælestinus 3.</i>	1195	<i>Innocentius tertius.</i>
<i>Deodatus al. Theodorus al.</i>		<i>gna pars Decretorum.</i>
<i>Deusdedit.</i>	615	<i>Ioannes absque numero.</i>
<i>Eugenius absque numero.</i>		<i>tit. penult. c. 1.</i>
<i>Eugenius 3.</i>	1150	<i>Leo primus.</i>
<i>Felix primus.</i>	275	<i>Leo sine numero.</i>
<i>Felix absque numero.</i>		<i>Leo tertius.</i>
<i>Gelasius absque numero.</i>		<i>Leo quartus.</i>
<i>Gregorius Magnus.</i>	600	<i>Lucius absque numero.</i>
<i>Gregorius absque numero.</i>		<i>Lucius tertius.</i>
<i>Gregorius tertius.</i>	730	<i>Nicolaus primus.</i>
<i>Gregorius septimus.</i>	1080	<i>sulta Bulgarorum.</i>
<i>Gregorius octavus.</i>	1187	<i>inter cætera allegata.</i>
<i>Gregorius nonus ipse qui compilavit hos libros Decretalium.</i>	1230	<i>tit. 12. c. 1.</i>
<i>Hadrianus absque numero.</i>		<i>Nicolaus absque numero.</i>
<i>Honorius 3.</i>	1220	<i>Paschalis absque numero.</i>
<i>Honorius 4.</i>	1285	<i>Paschalis secundus.</i>
<i>Error in Honor. 4. ut qui Gregorium 9. tanto intervallo secutus est.</i>		<i>Pius absque numero.</i>
		<i>Stephanus absque numero.</i>
		<i>Symmachus.</i>
		<i>Urbanus absque numero.</i>
		<i>Urbanus quartus.</i>

QUARTA Classis Catalogi Gregoriani, Concilia.

Africanum primum lib. 1. tit. 35. c. 1. ut de s. Carthaginense 1. in Catalogo Gratiano.

Agathense lib. 3. tit. 41. c. 1. & lib. 4. tit. 1. c. 1. & lib. 5. tit. 25. c. 1. & tit. 34. c. 2. videtur s. ibidem.

Alibi

Altheimense quod corruptè scribitur
nunc *Althenense* nunc *Althenen.* nunc *apud*
Althem. nunc *apud Alichium.* vide *ibidè.*

Aluernense lib. 3. tit. 17. c. 1. vide *ibidè.*

Apud Alumias al. *apud Valentiam.* vi-
de *ſ. Valentinum.*

Antiochenum lib. 5. tit. 27. c. 2. vide *ſ. in*
Catal. Gratian.

Arelatense sine numero lib. 1. tit. 11. c. 7.
& lib. 4. tit. 3. c. 1. & lib. 5. tit. 17. c. 3.

Aurelianense sine numero. toto titulo
de Clerico venatore. & alibi.

Beluacense al. *apud Beluacum.* lib. 3. tit.
14. c. 1. sub Paschali 2. quem vide *ſ.*

Gantuariense lib. 3. tit. 22. c. 1. sub Nicolao
3. sub annum Christi 1280. quâquam de-
buit aliud fuisse antiquius, cum Nicolaus
3 diu Gregorium nonû fuerit subsecutus.

Carthaginense sine numero.

CHALCEDONENSE lib. 2. tit. 2. c. 1. vide
ſ. in Catalogo Conciliorum œcumeni-
corum ex Gratian.

Apud Compèdium lib. 2. tit. 9. c. 1. & lib.
3. tit. 43. c. 1. vide *ſ. Catal. Gratian.*

Eugenij Papa sine numero. lib. 2. tit. 1. c.
2. vide *ſ. ibidem.*

Apud Guarmatiam vide *Wormatiense.*
ibidem.

Joannis PP. Synodus lib. 3. tit. penul. c. 1.

LATERANVM simpliciter.

LATERANVM sub *Alexandro* 3. 1178

LATERANVM sub *Innocentio* 3. 1015

Leonis 3. lib. 3. tit. 4. c. 3. 800

o iij Lugdu

Lugdunēse quartum, suspectus mihi numerus. quanquam primum & secundum Concilia Lugdunensia sunt apud Surium Tom. 2. pag. 677. & 680. & alia tria Lugdunensia Decretalibus posteriora fuerunt celebrata sub tribus hisce Pōtificibus, Innocent. 4. Greg. 10. Bonif. 8.

Maciense al. *Maticense* al. *Matiscenens* lib. 5. tit. 6. c. 1. vide Catal. Gratian.

Maguntinense al. *Moguntinense* al. *Moguntinum* al. *Moguntinum*. vide s. ibidē.

Apud sanctum *Medardum* lib. 2. tit. 3. c. 1. & tit. 20. c. 1. vide ibidem s.

Mediolanense lib. 3. tit. 38. c. 1. temporibus Liberij PP. sub annum Christi 360 vide Catalogum Conciliorum ex Tomis quattuor Surij.

Meldense al. apud *Meldam* lib. 4. tit. 13. c. 1. & lib. 5. tit. 17. c. 1. & 34. c. 3. & seq. vide Catal. Gratian.

Apud *Meriam* al. *Med.* al. *Meldam* lib. 4. tit. 13. c. 1. fortasse *Merense* de quo Surius Tom. 3. pag. 551. Confer.

Nannetense lib. 3. tit. 29. c. 2. vide Catal. Gratian.

Parisiense lib. 2. tit. 2. c. 2. & lib. 5. tit. 16. c. 4. vide s. ibidem.

Pictaviense al. *Pictauiense*. lib. 1. tit. 14. c. 1. & tit. 17. c. 1. & lib. 3. tit. 1. c. 2. Nulla huius Concilij apud scriptores alios hactenus inuenio mentionem. Eius tamen Capitula fuerunt in prima Decretaliū Compilatione.

Ramm.

LIBER SECVNDVS. 215

Raenua Synodus habita sub Leone sine numero al. *Roma* à Ioanne 12. lib. 1. tit. 24. c. vlt. al. *Joānis papa* sine numero Synodus allegatur lib. 1. tit. 31. c. 1. & lib. 3. tit. 49. c. 1. Ioannes PP. 12. vixit anno Christi 960

Remense lib. 3. tit. 21. c. 1. & tit. 25. c. 4. vide Catal. Gratian.

Sardicense. vide Catal. quatuor Tomorum Concil. à Surio editorū. Tom. 1. pag. 410. temporibus Iulij PP. 1. sub annum Christi 350

Apud *Siluanectum* lib. 3. tit. 13. c. 5. & tit. 19. c. 1. & 3. c. seq. meminit huius etiā Burchardus. apud alios haecenus nihil huius inuenio, praeterquam hic.

Toletanum sine numero.

Triburicense al. *Triburiense*. vide Catal. Gratian.

Turonense sub *Alexand.* 3. c. 3. ne Cler. vel monach. secul. neg. se immis. & alibi.

Apud *Valentiam* al. *Alumnias* lib. 3. tit. 17. c. 1. vide *Valentinam* in Catal. Gratian.

Apud *Warmatiam* al. *Guarmatiam* al. *Warmatiense* al. *Wormatiense*. al. apud *Vermerias* lib. 3. tit. 39. c. 1. & lib. 4. tit. 19. c. 1. & tit. 20. c. 1. Consule Catal. Gratian. 5.

QVINTA Classis Catalogi Gregoriani
Scriptores alij singulares.

Augustinus lib. 1. tit. 2. c. 3. cum seq. & lib. 3. tit. 39. c. 2. & lib. 4. tit. 4. c. 1. & lib. 5. tit. 1. c. 9. & tit. 7. c. 3. & tit. 12. c. 3. &
o iiij tit.

tit. 20. c. 1. & tit. penult. & vlt. anno Christi 400.

Beda lib. 5. tit. vlt.

178
Brocardica
& Brocardus.

Brocardica & *Brocardus* corruptè. pro *Burchardicis* libris & *Burchardo*. cōfer inter cætera cap. *Accusasti*. de Accusat. quod est lib. 5. tit. 1. c. 8. cū capite quinto. §. *Accusasti*. lib. 19. Decreti *Burchardici*. vide *Catal. Gratian.*

179
Capitularia.

Capitularia sunt *Caroli Magni* leges. nam alioqui *Capitularia* videntur vocari *Statutorum libri* vt lib. 5. *Decretaliū* tit. 39. c. 49. vide *Catal. Gratian.*

Chrysostomus lib. 5. tit. vlt. 380

Corpus Canonum. incerto auctore, nisi sit *Isidori* *Decretum*, sicuti probabilius videtur.

Hieronymus. lib. 1. tit. 2. c. 5. (quem tamen locum *Hieronymi* non esse docet *Melchior Canus* lib. 5. locor. *Theol.* c. vlt. ad arg. 6.) & lib. 2. tit. 23. c. 9. & lib. 3. tit. 3. c. 4. & lib. 5. tit. 12. c. 4. & tit. 19. c. 4. & tit. penult. & vlt. 400

Hilarius. lib. 5. tit. penult. 330

Isidorus. lib. 4. tit. 2. c. 3. & lib. 5. tit. penult. c. 9. & seq. 640

Ordo Romanus. lib. 1. tit. 23. c. 1. incerto auctore.

Pœnitentiale Theodori Cantuariensis. lib. tit. 18. c. 3. & tit. 21. c. 1. vide j. *Theodorus Cant.*

Pœnitentiale Romanum. lib. 5. tit. 12. c. 2. & tit. 36. c. 6. incerto auctore.

Theode

Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus natione Græcus, qui scripsit illud pœnitentiale. vide Tritthemium, qui testatur illum obiisse anno Christi 690.

ANNOTATIO ad Catalogum auctorum
Gregorij noni.

Illud fortè miretur quispiam cur cùm non epistolæ tantùm Decretales Pontificum libris hisce Gregorij noni proponantur verum etiam Scriptorũ factorum genus omne, nō secus ac in Decreto Gratiano, nihilominus tamen solarum nomen Decretalium fuerit inditum libris iisdem. sed meminisse par est, non ineptè visum fuisse Decretalium cōpilatoribus à Principiori nomen indere: sunt enim duplō plures & amplius in his libris epistolę solarum Pontificum Decretales, quàm sint omnes auctoritates reliquæ simul in vnũ iunctæ, præsertim Conciliis duobus Lateranensibus ad Alexandrum tertium & Innocentium tertium relatis, vt qui suas Constitutiones in iisdem Cōciliis approbare voluerint. apud Gratianũ contrà lōgè plura sunt Conciliorũ Decreta quàm Pōtificum Cōstitutiones vel Decretales epistolę. nomē igitur vtriq; volumini suũ satis aptũ. Ne stolidũ prorsus est hominũ quorundam crassissimorũ eorundemque nequissimorũ iudiciũ, qui licèt vniuersa contempnant ac pro nihilo ducant Ecclesiastica iura, præcipuè tamē scurrili nescio

q. v. quo

180
Cur decretales vocentur hi libri potius quàm Decreta vel Decretum.

181
Par omnino tum ratio tum auctoritas Decretaliũ cū Decreto, immò maior Decretaliũ quàm Decreti.

quo scommate dictiōve Decretales pre
Decreto despuunt atque proculcāt; quali
verò vel non par esset vtriusque volumi-
nis per omnes auctorum & auctoritatum
Classes ratio, vel posteriora iura priori-
bus plerunque non essent potiora & ex-
actiora. Cæteri libri nostri, nimirum Bo-
nifacianus, Clementinus, Extrauagantes,
auctorū Catalogo vix indigent, cum sint
& Classis duntaxat vnius, Pontificū nempe
solorum, & verò Pontificum perpetu-
corū, quos ordine successionis obiter ap-
ponamus. Nam tamen si plurima sint Cō-
ciliorum trium Lugdunensium (quæ vi-
delicet sub tribus his Pontificibus Inno-
centio 4. Gregorio 10. Bonifacio 8. cele-
brata fuerunt) in libro Bonifaciano, plu-
rima item quinimò pleraque sint Con-
cilij Viennensis (cui præfuit Clemēs quin-
tus) in libro Clementino, tamen Pontifi-
cibus illa tribuūtur hic omnia non Con-
ciliis ipsis, eo quòd Pōtiffices hi quatuor
exemplo Alexandri tertij & Innocentij
tertij suas omnes reliquas constitutiones
in Conciliis illis approbauerint eademque
opera Cōciliorum simul illorum Decre-
ta suis approbationibus omnino sua rede-
diderint. nec immeritò, quandoquidem
cuncta Concilia necessariò suam à sum-
mo Pontifice sortiuntur auctoritatē, so-
lo nimirum Pontifice iurisdictionem in
omnes exercente Christianos vniuersalē.

182
Conciliorū
auctoritas
à Pōtiffice.

CATA-

LIBER SECVNDVS. 219
CATALOGVS AVCTORVM
Bonifacianorum, soli nempe Pontifices hi, successionis
ordine.

Clemens tertius al. quartus c. 1. de præ-
bend. & dignitat. vixit ille tertius
anno Christi 1190. quartus 1265.

Gregorius nonus anno Christi 1230.

Innocentius quartus anno Christi 1250.
maximè in Concilio generali Lugdunèsi.

Alexander quartus 1260.

Urbanus quartus 1262.

Clemens quartus 1265.

Gregorius decimus 1275. maximè in alio
Concilio generali Lugdunensi.

Nicolaus tertius 1280.

Bonifacius octauus 1300.

ANNOTATIVNCVLA.

Capitulo 1. de præbendis præfigitur no-
men Clementis 3. al. 4: sed suspectissima
talis est lectio quæ Clementis tertij me-
minit, vt qui diu præcesserit Gregorium
nonum, quare procul dubio soli Clemèti
quarto locus ille debetur; quia præfatur
Bonifacius octauus^a edere sese Constitu-
tiones Pontificû post editionem Decre-
taliû Gregorij noni promulgatas.

183
Auctores
Bonifacia-
ni.
184
Vera lectio
restituta.

*De auctoribus Clementinarum & Extraua-
gantium Joannis vigesimisecondi.*

Catalogus auctorum Clementinorû
dari nequit, quando solus ipse Cle-
mens auctor est Clementinarum partim
in Concilio Viennensi partim etiam antè
& post

185
Clemētinae
et Extraua-
gātes Ioan-
nis 22.

& post factarum; licet editionem libri procurauerit a successor eius proximus mirum *Joannes vigesimusecundus*. Concilium autem Viennense celebrabatur anno Christi 1311.

Idem de viginti Constitutionibus Extravagantibus *Ioannis 22.* sentiendum est, utpote quæ solius esse noscuntur ipsius *Joannis vigesimisecondi* qui coepit præesse Pontificatui sub annum Christi 1315.

186
Auctores
Extravagā-
tium.

CATALOGVS AVCTORVM
Extravagantium communium, soli Pontifices hi, successio-
nis ordine.

V*Rbanus quartus* al. *quintus* c. 1. de Iu-
monia. vixit *Urbanus quartus* anno
Christi 1262. Suspecta tamen videtur hæc
inscriptio quoad *Urbanum quartum*; quia ve-
rissimiliter *Bonifacius octavus* illius Cō-
stitutiones nō prætermisisset in editione
sua. quanquam fateor coniecturam hæc
non esse satis prægnantem cum *Bonifacium*
poterint effugere Cōstitutiones aliquor.

Martinus quartus anno Christi 1283, c.
1. de Regularib. & transeunt. ad relig. Nisi
sit error in numero Pontificis ac debeat
esse *Martinus quintus*. quod ipsum tamē
non videtur, cum *Ioannes 22* illic eum
sequatur. sed contrā mirum, si *Martinus*
quarti Cōstitutiones prætermisisset *Bo-
nifacius 8.* eiusdē successor ordine quat-
tus. quanquam rursus fateor coniecturas
in vtramque partem satis imbecilles. nam
præter hoc quod modò notabatur ad *Ur-
banum*

banum quartum, temporis ordo nō tam constanter vbique fuit obseruatus in singulis titulis quā fortassis oportebat.

Bonifacius octauus anno Christi 1300.

Benedictus 10. c. 2. & 3. de elect. Licet illic in libris impressis ponatur *Benedictus vndecimus*. falso fortassis. anno Christi 1304.

Clemens quintus 1310.

Joannes vigesimusecundus anno Christi 1320.

Benedictus vndecimus frequēter suo loco, sed c. 2. & 3. de elect. fortassis non suo loco, cūm Benedicti decimi videatur hoc esse Capitulum vt s̄. dixi.

Benedictus duodecimus ann. Christi 1340.

Hi duo Benedicti vndecimus & duodecimus hic in Extrauagātibus communibus frequēter pro diuersis ponūtur; attamen Chronographi quidam ponūt hos duos pro vno eodemque; perperam sanē.

Clemens sextus c. 2. de pœnit. & remiss. anno 1350.

Urbanus quintus c. 1. de simonia. anno Christi 1365. al. *Urbanus quartus*. vt initio monui.

Martinus quintus anno 1420.

Eugenius quartus an. 1431. c. 3. de priuil.

Calixtus tertius anno 1455.

Paulus secundus anno 1465.

Sixtus 4. cuius postrema quæ libris hix extat cōstitutio fiebat anno Christi 1483. vide c. vlt. in fi. de reliq. & venerat. Sanct.

CAPVT

*De noua quadam tum Corporis Canonici tum
Conciliarum omnium editione longè deside-
ratissima & exoptatissima.*

187
De noua
quadam tum
Canonici
Corporis
tum CON-
CILIARVM
omnium e-
ditione lon-
gè deside-
ratissima
& exopta-
tissima.

188
Nouè vel
decem com-
moditates
maximas
hactenus
deesse li-
bris Ponti-
ficiis, quas
auctor sug-
gerit et pro-
curare la-
borat.

HÆc mea tot catalogorum volumi-
nibus nostris perutilium confectio
mihi dedit occasionem seriò cogitandi de
paranda & adornanda præstâtissima que-
dam tum totius Corporis nostri Cano-
nici tum vniuersorum Conciliarum Ec-
clesiasticorum tam œcumenicorû seu ge-
neralium quàm particulariû seu prouin-
cialium diœcesanorumque editione no-
ua, quæ futura sit & plenissima simul &
ex variis libris manuscriptis castigatissi-
ma & multiplicibus Indicum compluriû
& obseruationum antiquariarû dotibus
instructissima, quam si vel morte præuen-
tus vel aliter præpeditus procurare ne-
quiuerò, lætabor tamen me suggestione
hac mea viris aliquibus aliis boni publici
studiosis & fidei Catholici zelo tactis, ac
forsitan discipulis meis, quasi cursu lam-
pada tradidisse. gauisurus æquè, si quis e-
tiam conatus hos meos vel pro parte vel
integros anteuerterit. Igitur nouem vel
decem commoditates quædam singula-
res & multò maximæ desunt hactenus li-
bris Pontificiis nostris. i. Corpori Cano-
nico nostro, quæ licet citra magnum for-
quidem Ecclesiastici detrimentû fortassis
absint ad hoc vsque tempus, tamè ad hoc
nostrum ius tandè allatæ vehementer Ec-
clesia-

*Tunc prima
quidem com-
moditati ma-
xima ex par-
te tam satis-
factum vide-
tur per Gre-
gor. 13. sed
ceteris non
commodita-
tibus (quæ se-
quuntur) non
æquè.*

clericaliam legislationem cōmendarent. nam & ius Pontificium singulariter exornarent, & plurimos alios præter huius facultatis alumnos in Pontificij iuris amorem & admirationem raperent, & voluminum nostrorum lectionē Theologiæ quoque studiosis expetibiliorem, commodiorem, fructuosiore, delectabiliorem, suavioremque redderent; & quod caput est, ad Ecclesiæ Catholicæ facilitam contra schismaticos & hæreticos defensionem cum primis pertinerent; & innumerales propè fructus alios in loco & in tempore suppeditarent. sunt autē commoditates illæ propemodum hæ. Primò, lectio variis ex antiquis libris manuscriptis emendata; qualium librorum copia mihi magna suppetit ex instructissimis quibusque Belgicis bibliothecis per me lustratis, & huic vsui (quandocunque & voluero & incūbere potuero) paratis ex antistitum piissimorum concessione. quibus in variarum lectionum adnotationibus licet pro castigatione laborauerint multi, multa tamen adhuc relicta sunt industria multorum multifariam castiganda. Secundò, plenus omnium & singulorum fons, quatenus quidem constitutionum Pontificiarum ac præcipuè Conciliorum plurimorum truncatim frequenter allatorum repletio quædã iusta fieri possit ex Codicibus antiquissimis Constitutionum Cōciliorumque manuscriptis &

ex va-

189
Editionis
huius nouæ
Corporis
Canonici
fructus qui
dam singu-
lares ac in-
gentes.

190
Prima cō-
moditas,
lectionis
varietas &
emendatio.

191
Libri M.S.
voluminū
iuris Pont.

192
Secūda cō-
moditas,
omniū sin-
gularumque
fons.

*Hic prime
quidem com-
moditas ma-
xima ex par-
te iam satis
factum vide-
mus per Gre-
gor. 13. sed
ceteris non
commodita-
tibus (qua se-
quuntur) non
aque.*

193
Tertia Cō-
moditas,
Antiquita-
tum Eccle-
siasticarum
obseruatio
contra pe-
stiferas Ca-
roli Moli-
nei notas.

194
Quarta
Cōmodi-
tas, prēmū-
nitio cōtra
schismaticos
& hē-
reticos o-
portuna de
admirabili
iuris Eccle-
siastici prae-
stantia, fi-
ne, princi-
piis, &c.

195
Quinta
Cōmodi-
tas, Catalo-
gus Chro-
nologicus,
&c.

ex variis denique compilationibus que
dicuntur ac editionibus tum Decretorum
tum Decretalium. Tertio, diligens An-
tiquitatum Ecclesiasticarum per vniuersa vo-
lumina iuris adnotatio; cum scholiolis o-
portunissimis^a, ad subuertendas etiam pe-
stiferas Caroli Molinei notas plurimum
facientibus. Quarto, sedula pramunitio
tyronum candidatorumque cunctorum
iuris huius contra schismaticos & hēre-
cos ac nominatim contra Molineum pro
iurisdictionis Ecclesiasticæ quasi clypeo
pro summi Pontificis potestate, pro Ec-
clesiæ auctoritate, pro iuris Pontificij di-
gnitate, præstantia, fontibus, antiquitate,
historia, arte, fine, principiis, &c. quæ
pramunitio, vel è solis his nostris libellis
de iure Pontificio in vniuersum facillime
decerni poterit vel aliunde fortasse luce-
lentius adornari. certè nihil magis neces-
sarium tali quapiam pramunitioe qui-
buslibet ad iuris Pontificij studium semet
accingentibus & accedentibus: vt & sub-
limiter de illo sentire præ omnibus dil-
cant, sicuti meretur, & id ipsum à cōtem-
ptu vindicent in quem peruersi quidam ne-
bulones præstantissimum sanctissimum
que studij genus adducere petulanter co-
nati fuere. Quinto, Catalogus amplius is-
que Chronologicus omnium auctorum
& auctoritatum quibus volumina nostra
iuris Pontificij singula conficiuntur &
constant; distributus in quinque classes,
nimi-

nimirum scripturæ sacræ, Canonû Apo-
 stolicorum, Pontificum, Conciliorum, &
 scriptorum singularium. quam nos ope-
 ram simul hic præstitimus nõ. è libris tan-
 tum nostris, verumetiam & ex Concilio-
 rum Tomis quattuor à Laurentio Surio
 prolatis, & ex Iuone, & ex Burchardo, &
 ex ipso Isidoro, & ex Photio ac Balsamo-
 ne: vt hac ratione liqueat de vera singulo-
 rum partim lectione partim sententia de-
 que replendis librorum nostrorum defe-
 ctibus. Hinc sextò, perfectissimus Index
 quidam, quo singula singulorû dicta sin-
 gulis reddantur auctoribus vel (vt signifi-
 cantius dicam) quo singula capitula refe-
 rantur ad suos auctores atque fontes. vt
 ita liquidò constet quid & quatum sit v-
 niuscuiusque legislatoris auctorisve. ser-
 uato ea in re ordine prorsus eodẽ quem
 seruauimus in auctorum catalogo; nisi
 quòd singulis auctoribus tradenda sint
 sua, prout ipsi singula tradiderunt; siue
 temporum possit agnosci ratio, siue li-
 brorum nostrorum titulorumque situs,
 siue propriæ suæ tractationis ordo, siue
 denique quid aliud. Cuius generis Indicẽ
 laborosissimè conquisiuit Iacobus Labit-
 tus ex Iustiniani Pandectis, vt superius
 a monebatur. adnotatis in hoc eodem Ca-
 nonici Corporis Indice singulis eadẽ de
 re locis apud Isidorum, Burchardũ, Iuo-
 nem, Surium in quattuor illis Tomis Cõ-
 ciliorum, & Photiũ, vel potiùs apud eum
 p qui

196
 Sexta Cõ-
 moditas,
 Index sin-
 gularũ ad
 singulos
 suos Aucto-
 res relato-
 rius instar
 Labittici.

a
 num. 162.

qui Tomos quinque vel sex edet. Con-
 liorum iuxta ratione editionis illius quod
 de mox dicitur. cuiusmodi Index omnium
 superiorum voluminum collatorius mirabile
 dictu quantopere ius hoc vniuersum
 Pontificium suo nitore restitueret
 illustraret. Septimò, copiosissimus atque
 plenissimus Index omnium locorum
 tuis & vniuersæ scripturæ sacræ; quo
 rum atque perspicuum fiat cunctis
 talibus quomodo semper mater Eccle-
 siasticam sacram fuerit iam inde à
 scripturam apostolicis interpretata. vni-
 uersum reperietur scripturæ locus vllus
 quidem vocetur ab hæreticis & aliis
 hostibus in controuersiam, quin ab Ec-
 clesia suis in legibus Ecclesiasticis &
 denter & frequenter acceperit interpre-
 tationem. quo fit vt & mirari & dolere
 nequeam, talis Indici è libris non
 confectionem à nemine hætenus
 tentatam; qui vel solus ad hæc iura
 gentissimè voluēda cognoscenda que
 Theologos tantum sed & quoslibet
 quitatis Ecclesiasticæ studiosos pellere
 posset, atque cunctos fidei nouatores
 violatores refellere, confundere, resipien-
 tiæ monere; ne cæteras nunc Indici
 iusmodi commoditates & utilitates
 bosè persequamur. Octauò, peculiaris
 is quidē selectissimus Index antiquarum
 vel de omnibus per vniuersa iuris
 mina sparsis antiquitatibus Ecclesiasticis

197
 Septima
 Commoditas,
 Index
 locorum
 Scripturæ
 sacræ per
 Ecclesiasti-
 ca iura ex-
 plicatorū.

198
 Octaua cō-
 moditas,
 Index an-
 tiquarius.

idque vel per locos communes idoneos
 vel per ordinem alphabeticū; non ex ipsa
 solum legilatione Pōtificia, vel auctori-
 bus eiusdem, verumetiam è scholiis quo-
 rum paulò superiùs memini. De rerum &
 verborum Indice nihil hic dicimus, eo
 quòd is iam olim simul editus fuerit; nisi
 quòd maxima prorsus indigeat locuple-
 tatione. Nonò, Synopsis voluminum sin-
 gulorum in tabulas redacta; quæ sit instar
 vel paratitorum seu cuiusdã quasi fili vel
 artis & methodi Pōtificiis in libris obser-
 uata. quod & nos vtrumque præstare vo-
 lebamus libris hisce duobus de iure sacro
 posterioribus, qui dabunt aliis occasione
 longè quid & subtilius & ingeniosius in-
 uestigãdi quàm sint hæc ἀμειβόμενα καὶ σα-
 φέστερα nostra. quò nihil erit iura feliciter
 addiscere felicius retinere felicissimè pro-
 re nata depromere volētibus æque neces-
 sarium. quamobrè & interpretes illi vete-
 res quorquòt sunt ad vnum omnes nihil
 non egerunt vt suis & continuationibus
 & summariis & euidēcialibus & id genus
 aliis præparamētis quasi quibusdam præ-
 munitionibus omnia reddere conarētur
 addiscētibus faciliora. quod proculdubio
 longè felicius præstitissent, si quid vera sit
 ars vel iuris vel cuiuscunque facultatis al-
 terius tenuissent. Decimò, vetustissimorū
 quorundã canonum præmissio, tum Græ-
 cè tum Latine; velut Apostolicorū, quos
 Clemens Romanus in decē suis libris de
 p ij Consti-

199
 Nona Cō-
 moditas,
 Synopsis
 voluminū
 quasi in ta-
 bulas arti-
 ficiosas re-
 dacta.

200
 Decima
 Cōmodi-
 tas, anti-
 quissimorū
 Canonum
 præmissio.

Constitutionibus Apostolicis in fine recitat; item Synodicorum, ex primorū sex vel certè quattuor Cōciliorum generalīū (quæ quali euangelium obseruari præcipiuntur à Iustiniano Constit. Nouell. 131. in princ.) decretis atque sanctionibus. vt nimirum quod Romuli Numæque leges atque 12 tabularum fragmēta, libris quibusdam legalibus in edendo præmitti solita, sunt operam iuri Ciuili nauantibus, id Canones illi sint iuris Pōtificij studiosis. Memini cūm Gregorius XIII Pōtifer Max. ad Episcopos quosdā Belgicos perscriberet de sibi subministrādis compluribus libris manuscriptis ad adornandam solius Decreti Gratiani quā fieri possit emendatissimam editionem. qui sane si totius Corporis Canonici procurari possit editio qualem dixi, mirabiliter laudaretur & Ecclesiæ Catholicæ cui laudatissimè præst congratularetur. Is inter cetera desiderabat in primis Decretum ipsius Isidori propriū, cuius exemplar manuscriptum per antiquū adseruatur in bibliotheca monasterij Aquiscinctēsis, vbi coram idipsum lustravi, commutatoque deinceps acceptum domi per ocium diligenter excussi cumque Conciliorum Tomis à Laurent. Surio prolatis contuli. de quo volumine paulò pōst plura. Dicta quoque Patrum ab eodem Gregorio desiderata, quæ videntur esse sententiæ per aliquos collectæ, sunt à me inuēta in monasterio

201
Gregorij XIII desiderium in edendo Gratiano quā emendatissimo; & quid ad editionē totius Corporis Canonici cōferre possit Auctor.

202
Decretum Isidori m. f. apud Aquiscinctēses.

203
Dicta Patrum apud S. Gisleuū.

scripsit hæc Auctor dicit ante nouam Corporis Canonici editionem Gregorianam; quæ certe plerisque commoditate hisce caret.



nasterio S. Gislani, cōiuncta Iuliani Toletani libris prognosticorū de futuro seculo quos aliās edidimus. Isidori præterea libros duos testimoniorū reperimus ibidem. item Calixti PP. epistolas in Abbazia Hasnoniensi. Sed præstat integrā Gregorij xiiij. de suo desiderio epistolā sicuti nobis communicata fuit vnā cum Indice Codicum à se requisitorū subijcere, nonnullis additis notulis nostris; vt si qui sint alij qui nobiscum possint hanc vniuersi Canonici Corporis editionē coadiuuare, faciant id & certius & alacrius. Nam Romana a solius Decreti fortassis editio vel vix prodibit, vel admodum lentē, vel non omnibus hisce commoditatibus erit instructa, quantumlibet annos iam tot expectata desideranter.

204
Duo libri testimoniorum Isidori ibidē.

205
Calixti PP. Epistolæ apud Hasnonienses.

206
Auctoris adnotationes quædam ad Epistolā Gregorij xiiij de noua Gratiani editione.

Exemplum epistolæ Gregorij PP. xiiij. ad Episcopum Attrebatensem.

Venerabilis frater, salutem & Apostolicam benedictionē. Non dubitamus fraternitatem tuam pro sua insigni pietate velle, pro singulari eruditione & doctrina posse, quā maximè Christiana Reipubl. prodesse; itaque libentissimè eam qua nunc datur facultatem amplexuram esse. Cupimus Decretum Gratiani esse quàm emendatissimum: ad eam rem desideramus ex veteribus Codicibus multos Canones, quorum indicem mittimus; rogantes vt in antiquis istius Prouincia bibliothecis diligentissimè perquiri, & si quid repertum fuerit

207
Epistola Gregorij xiiij.

p iij ex scrip-

scripsi hæc Auctor diu ante nouam Corporis Canonici editionem Gregoriam: quæ certe plerisque commoditatibus hisce caret.

re-
i sex
aliū
acci-
131.
s. vt
eges
qu-
i fo-
bus,
dio-
tifer
per-
plu-
dam
pol-
sanē,
uran
er lz-
auda-
intet
mip
a ma-
in be-
s, vbi
oque
o dili-
n To-
li. de
Dicta
o de-
æ per
mo-
terio

exscribi, atque ad nos mitti, cures. Erit hoc nobis gratissimum. Datum Roma apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die xxv Novembris, M. D. lxxij. Pontificatus nostri anno primo. Signatum inferius Anto. Buscapadalius. & superscriptum, Venerabili fratri Francisco Richardoto Episcopo Atrabatenensi.

Quæ desiderantur ex
Gallia & Germania.

Concilium aliud Moguntinum præter impressa vel in quo sint plures canones quam in impressis.

Idem de Triburiensi.

Idem de Meldensi.

Idem de Turonensi.

Idem de Aurelianensi & Arrelatensi.

Idem de Maticensi sive Matiscenensi.

Idem de Parisiensi.

Idem de Lugdunensi.

Idem de Guormaciensi.

Idem de Rotomagensi.

Idem de Remensi.

Idem de Concil. apud sanctum Medardum.

Idem de Agrippinensi.

Idem de Hipponensi.

Idem de Herdrensi.

Quæ desunt tota.

Concilium apud Vermerias b.

Concilium apud Melchiam sive apud Melphiam.

Concil. Emeriten.

Concil. apud Compendium.

Concil. Eugenij Papa.

Concil. Maciense citatum ex Isidoro. Grat. 35. q. 2.

& 3. c. sanè cōsanguinitat.

Concil. apud Altem sive Alphem. d

Concil. Eaucense. e

Quæ videntur sententiæ ab aliquibus collectæ & citantur nomine Doctorum sã collectoribus Decretorum.

Dicta Hieronymi.

Dicta Basilij.

Dicta Isidori.

Dicta Augustini.

Dicta Gregorij.

Decre-

E Varisti.	Thelesphori.
Xisti primi & secundi.	Pij primi.
Higini.	Vrbani primi & 2.
Soteris.	Cornelij.
Fabiani.	Stephani.
Lucij.	Eutyebiani.
Felicis.	Syluestri.
M arcelli.	Damasi.
Cœlestini.	Zosimi.
Symmachi.	Paschalis 1. & 2.
Pelagij 1. & 2.	Joannis præsertim 8.
Leonis 2. & aliorum præter primum.	Isidori opera non impressa, & in primis Decretum a ipsius proprium.
Gregorij 2. & aliorum præ- ter 1.	Rhabani opera nõ impressa.
Zacharia.	Epistola aliqua D. Augu- stini & Homilia ipsius nõ impressa & propria Ho- milie ad Neophytos cita- te à Grat. c. primo. de con- secrat. dist. 4.
Julij.	Epistole D. Gregorij nõ im- pressa.
Bonifacij PP. 1. & 2. et Bo- nifacij Legati Germania.	
Hilarij.	
Gelasij.	
Hormisdæ.	
Deusdedit.	
Alexandri 1. & 2.	

DE NOVA PLENIOR EQVE
Conciliarum editione adornanda.

TOmi quoque Conciliarum vehementer imperfectè sunt hæctenus editi. Desiderantur in iis Constitutiones Pontificum plurimæ, non manuscripte tantum

p iij verum-

208
Conciliarum editio noua qualiscumque desideretur & quam multa desine 4. Tomis Laur. Surij.

verumetiam alibi frequenter impressæ, partim in Decretis Gratiani, Iuonis, Burcharidi, Isidori, partim in libris quinque Decretalium Gregorij noni, Bonifacij octavi, Clementis 5, Ioannis 22, cæterorumque in Extrauagantibus quæ dicuntur memoratorum. desiderantur item Concilia non pauca, quantumuis alibi passim typis mandata; ne quid interim de manuscriptis dicam, quorum copia suppetit ex antiquissimis bibliothecis. quo magis miror cur optimus atque diligentissimus alioquin in eo genere vir Laurentius Surius non ex impressis vt minimum libris

209
Quattuor
Cõcilia ce-
leberrima
per Surius
prætermis-
sa.

210
Fragmenta
Cõcilij Ni-
ceni per
Alph. Pifa-
num.

211
Cõcilij Ni-
ceni Cano-
nes genui-
ni per Tur-
rianũ, &c.

212
Concilium
integrum
Ephesinũ,
cum pluri-
mis alijs.

modò memoratis omnia ad huiusmodi Tomos propriè pertinentia collegerit, & in eorum Tomos locis quæque suis con- gesserit. nec enim fuerant omittenda Con- cilia præsertim celeberrima hæc; Lugdu- nense sub Innocentio 4, Lugdunense sub Gregorio 10, Lugdunense sub 8 Bonifa- cio, Viennense in Gallia sub Clemente quinto; quæ solis ferè nostris in libris in- ueniuntur. prædierunt interim fragmenta Concilij Niceni variis ex auctoribus col- lecta per Alphonsum Pisanum, & eiusdem Concilij canones genuini complures di- ligentia Francisci Turriani; vnà cum epi- stola Nicolai PP. 1. castigatiore ad con- sulta Bulgarorum: adhæc Concilium in- tegrum Ephesinũ ex versione Theodori Peltani post editionem Contij. Duorum præterea Conciliorũ Lateranensium sub Pascha.

ugh. lib. 5.
Hierar. Ec-
clij. cap. 13.

Paschali 2 celebratorum acta memorat
 Albertus Pighius^a, partim de Inuestituris
 Episcoporum per Imperatorem fieri so-
 litis partim de Iurisdictione Ecclesiasti-
 eorum temporali partim de summi Pon-
 tificis electione partim de rebus aliis Ec-
 clesie grauissimis loquentia. Superuene-
 runt item plurima Concilia tum Prouin-
 cialia tum Diocesana Tridentina securas
 variis etiam relictis à Pio PP. V. constitu-
 tionibus. Quæ cuncta, cum similibus id
 genus aliis, Tomos illos mirificè locuple-
 tabunt rebus maximis, & augebunt nu-
 mero. De cætero, commoditatibus ferè
 vel hisdem vel non absimilibus instruenda
 fuerit hæc editio, quibus & corporis Ca-
 nonici; præterquam quòd Indice illo sin-
 gulorum ad singulos auctores relatorio
 non sit hic futurus necessarius, quando-
 quidem sua quibusque fontibus hic sunt
 integra; cum temporu seruetur in omni-
 bus ordo singulaque suo ponatur loco:
 rebus in Ecclesia gestis ibidè plenè com-
 memoratis. adeò vt ex talium Tomorum
 editione promptum foret Ecclesiasticam
 eamque perfectissimam cõscribere dein-
 ceptis historiam. Præ cæteris autem com-
 moditatibus vel maximè seruiet Ecclesie
 virisque rerum Ecclesiasticarum studio-
 sis Index illius scripturarum, per ipsam Ec-
 clesiam vel eius pastorem semper inspi-
 rante S. Spiritu constāter & infallibiliter
 expositarum. nec minor hic adhibenda

213
 Historia Ec-
 clesiastica
 vnde po-
 tissimum
 instrui pos-
 set.

213
 Historia Ec-
 clesiastica
 vnde po-
 tissimum
 instrui pos-
 set.

234 DE IVRE SACRO
cura confectioni Indicis illius antiquarij.
Cæterum non abs re fuerit Catalogū sub-
ijcere Cōciliōrum illorum quæ licet par-
tim sint in Gratiano partim in Iuone par-
tim in Burchardo partim in ipso Iſidoro
partim in voluminibus nostri Corporis
Canonici, tamen à piissimo illo viro sed
profectò nimirū properante D. Laurētio
Surio prorsus omittuntur, adeò vt ne vel
mentionē quidē semel attingantur; quan-
tumlibet ex auctoribus modò memoratis
vtcunq; potuissent exhiberi, fortassis inte-
gra, si collectionis labor fuisset impensus.

214
Nimia D.
Surij festi-
natio plu-
rima præ-
termitten-
tis integra
Concilia
quorū se-
quitur Ca-
talogus.

CAPVT QVINTVM

De præteritis ab Laurentio Surio suis
in Tomis Conciliorum.

*Catalogus veterum quorundam Conciliorum
Ecclesiasticorum a Laurent. Surio prorsus
omissorum, quæ tamen ex libris nostris vi-
cunque potuissent ac poterunt exhiberi.*

Altheimense vel apud Altheim. Bur-
chardus & Gratianus totū suppeditari
poterunt.

*Ananethense. solus Gratianus meminit
huius dist. 91. c. 2. fortassis idem cum Nante-
tensi, vitio scribarum, vide s. Catalogum Au-
thorum Gratianeorum.*

*Apostolorum Concilium quoddā nominat
& allegat solus Burchardus lib. 3. c. 109. sed
vel manifestus est error scripturæ legendum
Apost. Can. vel Concilium Apostolorum Bur-
chardus intelligit illud in quo canones illi sunt
re con-*

re conscripti. liquet enim locum illū Burchardi esse canonem Apostolorum numero trigessimū primum, iuxta vulgatā versionem qua Burchardus fuit usus.

In Apulia Urbanense. Grat. dist. 60. & Chronologi.

Apud Aquisgranum. Burchardus lib. 3. c. 15. & 22. lib. 8. c. 37. vbi sub Imp. Lud. Pio celebratum dicitur. & lib. 9. c. 33. & lib. 16. c. 8. & 10. meminit huius concilij & Iuo.

Bellouacense vel Beluacēse. Grat. & Burchardus lib. 3. c. 166. cui Ludouicus Imperator intererat. itē c. 167. 168. 169. 171. & lib. 4. c. 94.

Banifacij 3. Concil. dist. 79. c. 7. Grat. & Chronographi. vide J. Rom.

Bylonense. solus Gratianus, fortassis idem cum Cabyllonensi.

Apud Carisiacū. Burch. lib. 3. c. 172. et Iuo. Cauallon. solus Burchardus lib. 3. c. 132. & lib. 4. c. 93. nisi sit error, & legendum fortassis Cabyllonense. confer.

Claremontense al. Aluernie. al. Urbanense. Grat. & Chronographi.

Compendiense. al. apud Compendiū. Grat. & Burchardus lib. 8. c. 71. & lib. 9. c. 42. & 47. & lib. 11. c. 12.

Apud Confluentiā. solus Burchardus lib. 3. c. vlt. & penult. presentibus Hērico & Carolo Regibus. lib. 6. c. vlt. lib. 7. c. vlt. vbi ponitur tempus, videlicet annus Christi 922.

Apud Conuicinium. al. Conuicinum. sub Nicol. PP. 1. sub annū Christi 860. Gratian. & Iuo part. 4. c. 88.

Edu-

Eduicense sub Greg. 7. solus Gratianus. 19.
q. 3. in princ.

Emeritēsis Concilij meminit Gregorius PP.
xiiij. in epistola ad Episcopos de adornanda ac-
curata quadam Gratiani editione, nisi sit er-
ror in voce.

Apud Ephesum presente Henrico Regi.
solus Grat. 15. q. 4. c. 2. idem cum seq.

Apud Erphesfurt Burchardus lib. 11. c.
77. cui interfuit Henricus Rex. ita ut verisim-
ilimum sit, idem esse cum Ephes. precedente.
idem Burchardus lib. 13. c. 21. 27. 28. & In
cuius Catalogum vide suo loco.

Guerdense Gratianus quidē non habet sed
Burchardus lib. 41. c. 55. & lib. 19. c. 74.

Fauentinum al. apud Fauentiā. solus Gra-
tianus.

Genuense. solus Gratianus dist. 95. c. vlt.
Habeggerunda. solus Burchardus lib. 5. c.
8. & 32.

Hannerense. al. Hamnerense al. Hanne-
tense. per errorem apud Burchardū pro Nan-
netensi lib. 1. c. 106. dispice.

Hibern. solus Burchardus lib. 12. cap. 25.
& 26.

Apud Lauriacum. Burchardus lib. 15. c.
7. & 22. & alibi passim. & suo.

Leonis. vide J. Romanum. Grat. 16. q. 5. c.
63. & Chronographi.

Lugdunensi. tria. videlicet. sub Innocēt. 4.
sub Greg. 10. sub Bonif. 8. solus Bonif. 8. lib. 6.
& Chronographi.

Maciense. fortassis idem cum Matisicensi
vel

vel *Matiscronensi*. solus Gratian.

Manetense. fortassis idem cum *Matiscronensi* vel error in litera *M*. pro *N*. vsq; sit idem cum *Nannetensi*. solus Grat.

Maticense al. *Matiscense*. Burchardus lib. 3. c. 150. & 172. lib. 5. c. 32. lib. 7. c. 8. lib. 9. c. 19. lib. 16. c. 21. & 35. lib. 17. c. 15. & *luo p.* 3. c. 110. ex *Concil. Chalcedonensi*.

Mediomatricis. Grat. & Burchardus lib. 3. c. 42. 134. 197.

Mediolanense. Burchardus lib. 9. c. 8.

Melchiese al. apud *Melchiam*. al. apud *Meldem* al. *Melphien*. Grat. & Chronographi.

Apud *Merech* al. *Marech*. solus Grat.

Nauatense. solus Gratianus. fortassis idem cum *Nannetensi*, per errorem scriba.

NONA SYNODVS œcumenica vel vniuersalis. 20. q. 2. c. vlt. solus Gratian.

Pictaniense. in *Decretalibus* aliquoties, vide *Catalogum Auctorum Gregorianorum*.

Placentinum. Grat. & Chronographi sub *Urbano 2.* vide *j.* *Urbanense*.

Apud *Regiam*. solus Burchardus lib. 2. c. 89. fortasse *Rhegium*.

Romanū sub *Bonifacio 3.* Grat. & Chron.

Romanū sub *Eugenio 2.* solus Gratianus.

Romanum sub *Hadriano*. nullum reperitur apud Chronographos; neque sub 1. neque 2. neque 3. qui *Gratiani tempora* praecefferunt. solus Gratianus.

Romanum sub *Leon. 1.* item 4. item 8. item 9. vide *s.* *Leonis Concil.*

Roma-

Romanum sub Steph. 3. Grat. & Chronog.
 Rotomagensis al. Rhotomagensis. Grat. &
 Burchardus lib. 1. c. 2. & lib. 3. c. 114. 130.
 227. lib. 4. c. 39. lib. 8. c. 33. & 66. lib. 10. c. 17.
 et 18. lib. 11. c. 2. 3. 42. et alibi pluribus in locis.
 Apud Siluanectum. Burchardus lib. 3. c.
 144. & 145. & Iuo.

Stephani Papa 3. Concilium, vide s. Roma-
 num sub Steph. 3.

Tanstatense. solus Gratianus 12. q. 2. c. 54.
 Apud Theodonis villam. Burchardus lib.
 3. c. 194. lib. 4. c. 90. lib. 6. c. 5. lib. 7. c. 12. lib. 16.
 c. 4. & 36. & Iuo.

Tungrese. Burchardus lib. 10. c. 65. & Iuo.
 Venericum. Burchardus lib. 2. cap. 153.
 & Iuo.

Apud Vermeriam al. Vermerias. Gratianus
 & Burchardus lib. 6. c. 41. & 42. lib. 9. c.
 26. 27. 41. 54. lib. 17. c. 10. 11. 12. 13. 14. 22.

Viennense sub Clemente V. solis in Cle-
 mentinis.

Urbanense 1. Urbani Papa 2.

Urbicum. Burchardus lib. 3. c. 226. & lib. 8.
 c. ult. & Iuo & Gratianus.

CAPVT SEXTVM

De Isidori Decreto seu Corpore Canonum;
 deq; subsequente Catalogo Auctorum om-
 nium & auctoritatum eiusdem Decretito-
 rius Isidorici.

Nemo scriptor vnquam cōsuluit me-
 lius cōseruationi legislationis to-
 tius Ecclesiasticæ quàm Isidorus Hispa-
 lensis;

lenfis; vt qui tam Pontificum Romano-
rum, vt ac tanquam totius Christiani gre-
